(1/


# DE EXEMTIONE CANONICA.

Tractatus nouus & Singularis, omnibus Episcopis, Officialibus, causarum Patronis, Ius dicentibus, Pontificiiq; iuris Professoribus, nec nō in foro Canonico versantibus, valde necessarius & perutilis.


AVTHORE,
Illustro. nec non Rº. in Christo Patre & Domino D. Philippo Nigro. I. C. Diui Carolj V. Imp. Max. Eiusq; Filij Philippi Hisp. Regis Catholici &c. olim ab arcanis Cōsilijs, atque Illustrissimorum Equitum aurei velleris Cancellario.


Cum additionibus annotationibusque Domini Caroli a L'espinoy Regiæ ma^tis in summo Flandriæ senatu consiliarij.









ANTVERPIÆ,
Apud Ioannem Keerbergium.
Anno. M.D.XCIII.



Collegij Rom. Cler. reg. S. Pauli in Col.ª



PHILIPPO ET CAROLO CLARISSIMI DOCTISSIMIQVE VIRI D. CAROLI A LESPINOY Regiæ Ma^tis in ſummo Flandriæ ſenatu Conſiliarij ſplendidiſſimi filijs, apud M. Ægidium Tutorium operam literis nauantibus IACOBVS BRANT.

S.

*IVPITER vt fouit Semeles in fœmine prolem,*
*Cum decepta parens fulminis igne flagrat:*
*Sic pater eſt veſter viſus nutrire Philippi*
*Euge nepos gratus, non ſata plena Nigri.*
*Fouit & exanxit maturis partubus aptans,*
*Inceptum dextre dexter adimplet opus.*
*Illuſtrauit adhæc, vbi quid manus ſibi lumen*
*Quæreret, illuſtres margine dante notas.*
*Non ſiquidem famæ facundus auunculus illud*
*Conſcripſit, ſed ſit cultor vt ipſe ſui.*
*Cum vernaret adhuc tenera lanugine mala,*
*Ingenium tentat quid queat acre ſuum.*
*Ante hunc quas nemo, res ordine ſepſit, ademptos*
*Pontifici iuris dum docet eſſe modos.*
*Moribus eloquio paribus, mox ſumere rerum*
*Pondera publicitus Carole quinte iubes.*
*Sic humeris curæ grauiori mole repoſta,*
*Sperati partus factus abortus erat.*
*Atqui vir fœlix ſolerte nepote, remotum*
*Vberibus fœtum qui genitricis alat.*
*Recte igitur dicas tribuens cognomen vtriq;*
*Candida de ſpinis lilia facta Nigris.*
*Maiores ſtudio celſos tu natus vterq;*
*Hos imitare, ſimul nocte dieq; ſtudent.*

# SERENISSIMO INVICTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO D. PHILIPPO HISPANIARVM, CASTELLÆ, SICILIÆ,

Arragoniæ, Nauarræ, &c. Regi Catholico, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Luxenburgiæ, Limburgiæ, Geldriæ, & Comiti Habsburgiæ, Flandriæ, Artesiæ, &c Principi Zwauiæ, Marchioni sacri Imperij. Domino Frisiæ, Salinari, Mechliniæ, &c. Caroli V. Imperat. Augustiss. Filio Principi ac regi suo sacratissimo clementissimoq; Carolus a Lespinoy in eius Flandriæ senatu cōsiliarius tum Exemptionis Canonicæ tractatum, tum obsequia sua, mirifice cum omni reuerentia commendat.



VM inter cætera quæ demirari licet in rebus humanis Philippe Rex Catholice inuictiss. Illud mihi semper visum est admiratione dignissimum, qua naturę prouidentia factum sit vt plerumq. excellentissimorum virorum fama omnis, memoriaq; simul cum mortali vita depereat: tametsi enim virtus magnū ipsa sui sit præmium, iuxta Philosophos, mihi tamen non inepte iudicare videntur, gloriam illam quæ ex honesti nominis diuturna memoria nascitur, præcipuum quoddam ornamentum esse virtutis, quæ non aliter gaudeat agnosci, quam sol amat lucere, vel ob hoc solum vt & prosit quamplurimis, & quamplurimos ad sui amorem æmulationemq; pelliciat. Et quidem non rarò videmus sciolos quosdam nulla vel singulari eruditione, vel morum integritate commendabiles, quiq; nihil minus quam longam post funera famam merentur, scriptis quibusdam nomen suum multis seculis post mortem extendere, mortuosq; diutissime in ore hominum viuere, adeo nihil est tam absurdum quod vulgus non veneretur. Qui vero ad summum sapientiæ apicem industria, labore, vigilijsq; deuenerunt, quiq; nullam non virtutem infatigabili studio coluere, quia fortassis illa fuerunt modestia, vt de se nihil scripserint, nullaq; eruditionis suæ scripta posteris monumenta reliquerint, simul vt ex luce hac annos aliquot emigrarunt, qui qualesue fuerint propemodum ignorantur, ita suamet ipsorum virtus ac modestia fraudi eis esse videtur. Cumq; non tam sibi laborarint quam posteris suis (sciebant enim exiguum & vitæ [illegible] esse tempus vitæ cum sua tum vniuscuiusq; hominum) voluerunt tamen laboris sui ne tantillum quidem fru-

[illegible] extorquent ( ò ingrata posteritas ) vt piam interdum sui memoriam [illegible]. Sunt quidem nonnulli qui aliorum scriptis & diligentia æternam ( [illegible] diuinam ) adepti sunt gloriam, sed quanto plures fuisse existimandum est, quibus si idem beneficium contigisset, vt eruditus quispiam illorum res gestas [illegible], posteritati tradidisset, longè cum maiore & admiratione [illegible] celebrarentur. Nec id priuatis dumtaxat viris accidit, sed [illegible] prouincijs amplissimis iuxta & florentissimis. Quæ ego omnia [illegible] vt illud explicem breuiter cuius gratia hæc pauca recensui. Fuit autem aliquot annis auunculus meus piæ memoriæ Dominus Philippus Nigri celebris Ecclesiæ D. [illegible] Broxellen decanus, cuius viri virtutes, si sub Maiestatis tuæ [illegible] enarrandas hic suscepissem, nescio equidem vnde potius exordium [illegible], adeo in illo plena erant omnia laude, siue eximiam eruditionem [illegible], seu parem animi industriam quoquo se verteret, seu longo rerum vsu, comparatam prudentiam, seu morum absolutam integritatem, seu singularem qua omnes complectebatur humanitatem, & studium bene merendi de omnibus, seu denique in tot virtutibus admirabilem, perpetuamque animi demissionem ac modestiam, ne plura commemorans affectu potius duci videar erga defunctum, quam recto iudicio. Quamque nemo iure id potest vitio vertere, si eius coner seu laudes [illegible] deprædicare, seu gratam celebrare memoriam, quem & consanguineum & summum benefactorem expertus sum, sane si mihi liceret quod cupiam impetrare, illud [illegible] modis omnibus optarem vt quantum autoritas & nomen [illegible] omnibus fuit venerabile dum in viuis ageret, tantum honestissimi nominis eius memoria, à morte eius, cunctis esset in æuum sacrosancta. Et hoc vnum in causa fuit, vt libellum hunc non valde grauatim paterer iam tandem in lucem prodire, amicorum quorundam instinctu permotus, alioqui non me fugiebat argumentum hoc non tum ab eo conscriptum, cum rerum omnium vsu eruditioneque omnibus suis numeris absoluta polleret, sed in iuuentute anno videlicet 1524. Nec in eum finem vt in lucem vnquam exiret, sed exercitij ac memoriæ intuitu, vt fit [illegible] quoquo modo collectum, quo æquiores esse opusculo oportebit viros doctos, si illorum expectationi minus forte alicubi satisfecerit, aut eiusmodi fœtum esse fortassis etiam iudicauerint vt parenti suo parum respondere videatur, longe enim ille proculdubio alia nobis ædidisset, si animum ad scribendum adijcere voluisset, sed non ei libuit hoc modo posteris innotescere, quæ eius fuit modestia. Quemadmodum eadem animi demissione summos honores, adeoque amplissimi [illegible] à vestra Maiestate vltro illi oblatas [illegible] est quam serio ad mortem vsque [illegible] detrectauerit. Ergo quo magis vir pius neglexit & fugit gloriam, hoc [illegible] nunquam inter moritura gloria comitetur. Quam tametsi libellus hic [illegible], illi minime conciliaturus esse quibusdam fortasse videbitur, tamen [illegible] viri quidam nonnullius iudicij ( vt modestissime dicam ) supprimendum non esse, quin potius haud exiguam vtilitatem quamlibet cursim neglectimque scriptus sit, allaturum esse studiosis, quorum ego sententiæ tandem non [illegible]. Dum autem ipse mecum nonnihil dispicio, sub cuius nominis auspicio ac protectione tenerum hunc fœtum conueniat in apertum prodire, mox inuictissima maiestas tua occurrit oculis, seu sol quidam radijs suis, alias omnes cogitationes ex animo discussit, ita prisci mortales quod æternum, cunctisque venerandum esse volebant, numini cuipiam dedicabant, vt vel religio petulantiam hominum [illegible] ab iniuria, exemplum hoc à lucis ac templis, paulatim demigrauit ad studia, vt si quid noui operis partum æditioni, celebri cuipiam gratiosoque [illegible] consecrent, id tot iam seculis adeo receptum est, vt aduersus rationis [illegible], vel sola [illegible] præscriptio. Cui autem maiori iure nuncupentur labores auunculi & [illegible] mei, quam illi Maiestati cuius per omnem vitam studiosissimus fuit, cuique vel viuens labores suos & studia consecrauit vniuersa. [illegible] ( [illegible] enim [illegible] ac parentis tui præterire nequeo consilium [illegible] in quo cum summo omnium fauore ac laude con[illegible]. Recor. Caroli Imp. nostri Augustissimi nomen ac Maiestatem [illegible] separo ) tot tam feliciter legationes obiuit tot annos Mechli[illegible] Nobilissimi ordinis aurei velleris tanta

cum laude Cancellarium egit. Suſcipe itaq; Rex sereniſsime munuſculum iſtud ea vultus ſerenitate qua ſoles clientum tuorum munera ſæpe etiam vultu ac voce ſuſcipere. Suſcipe inquam non tam à me obſequijs tuis quibuslibet deditiſsimo, quam ab illo quem viuum ſummo ſemper ſcio amore ac benignitate complexus es, qui nunc ſpero illius Regis regum conſpectu ac poſſeſsione per fruitur, cui cum Patre & ſpiritu Sancto eſt honor & maieſtas in ęuum, quem rogo te nobis valentem Regnaq; tua ac paternam hæreditatem ſumma cum pace ac proſperitate ſuauiter moderantem quam diutiſsime ſeruare dignetur.



Clarisſimo viro Domino Carolo de Leſpinoy I. V. Licentiato & Regij Senatus, in Flandria Conſiliario, Domino ac Cumpatri ſuo.

NON poſſum non plurimum laudare vir clarisſime affectum ac gratitudinem tuam erga auunculum tuum Dominum Philippum Nigri(piæ memoriæ), quem ab obliuione vindicare ſtudes. Fuit enim is certe vir in noſtra Repub. ſane laudatisſimus, quem quando perpetuo Viuere-humana conditio non patiebatur,egregiæ tamẽ illius virtutes doteſq;,quibus cum naturæ beneficio tum artium ingenuarum diſciplinis ornatus fuit, merebantur vt illius recordatio nullis inter-moriatur temporibus. Is autem cum te vnicum hæredem reliquerit, decet te cum alia quæ ad te ab eo abundanter prouenerunt diligenter conſeruare tum literaria inprimis munimenta ab interitu aſſerere.Non fuit autem mihi ocium vt eius opus quod de Excẽptione Canonica iuuenis conſcripſit,& mihi perſpiciendum obtuliſti,ex integro perlegerè, ſed guſtum duntaxat aliquem cepi, vnde illius ſummam diligentiã apprime cognoui . Non dubium autem mihi eſt,quin multo maiora melioraq; elucubrare potuiſſet, ſi eo animum applicare negocia pűblica ei permiſiſſent, quę ea fidæ ac diligentia ſemper tractauit, vt ſæpe miratus fuerim, potuiſſe illi tempus ſuppetere quod religioni, Eccleſiaſticiſq; officijs (quorum diligentisſimus fuit obſeruator), impendere ſolet:idq; in tanta ætate cuius ipſe quotidianus fui perſpector & teſtis,cuiq;etiam me plurimum debere fateor,qui vices meas in ſecreto conſilio, quando negocia non patiebantur aut valetudo impediebat vt illis vna aſſiſterem diligentiſsimè obiuit. Et te miror cum in ſupremo ſenatu Mechliniæ ius eum tot annis dixiſſe ſcribas, nullam mentionem facere ſecreti conſilij , in quo longe plures, ſumma laude non Imperatoris tantum Regiſq;, verum etiam procerum,populiq; verſatus fuit, cuius vt manibus benè precor,ita opto vt hoc literarum eius monumẽtum quod prælo committere conſtituiſti, in omne æuum perduret.Benè vale Vir clarisſime.

D. T.

Deditisſimus Cumpater & Amicus.

Viglius Zuichemus.

# VIRI ILLVSTRIS NEC NON R. IN CHRISTO PATRIS AC DOMINI, D. PHILIPPI NIGRI, DIVORVM CAROLI V. IMP. & EIVSQ. FILII PHILIPPI HISPANIARVM REGIS CATHOLICI

olim ab arcanis Conſilijs, atq; illuſtriſsimorum Equitum aurei Velleris Cancellarij, ac demum primi Epiſcopi Antuerpiæ deſignati, de Exemptione canonica tractatus ſingularis, in vtroq; foro præſertim Eccleſiaſtico perquàm neceſſarius, cum annotationibus additionibuſq; D. Caroli de Leſpinoy, Regiæ Maieſt. in ſummo Flandriæ Senatu Conſiliarij.

* *
*



CLARVM eſt atque exploratum, iure cõmuni (quod fauorabile eſſe dinoſcitur) vniuerſas eccleſias diœceſis epiſcopo loci, quoad ius epiſcopale & ſpiritualia eſſe ſubiectas, tex. eſt in c. cum venerabilis, de relig. domi. c. omnes baſilicæ 16. q. 7. c. obitum. 61. diſt. de quo quidem iure amplè videri poteſt per doct. in c. cõquerente de off. ord. Et idcirco fundata eſt intentio ſua de iure cõmuni, excluſo quolibet alio inferiore prælato, in puniendis exceſsibus tam monachorũ * quàm aliorum clericorum in ſua diœceſi delinquentium, Anto. in c. cùm contingat, 4. notab. de for. cõp. tex. in c. de perſona 11. q. 1. in l. cauſa quæ fit cum monacho C. de epiſ. & cler. tex. in auth. vt cler. apud prop. epiſ. coll. 6. in prin. Neque alicui licet ædificare monaſteriũ in tota diœceſi, niſi priùs requiſito Deo amabili epiſcopo loci, qui manus extendat ad cælũ, locũ conſecret Deo, figens in eo ſalutis noſtrę ſignum, tex. in auth. de mona. coll. 1. Ad cuius etiam ſpectat officium, ſacerdotum, diaconorum & virginum conſecratio, impoſitio quoque manuum, fidelibus baptizatis vel conuerſis hæreticis Spiritus ſancti traditio, chriſmatis confectio, publicè pœnitentis in miſſa reconciliatio, formatarum epiſtolarũ traditio, c. quamvis, 68. diſt. Quiq; poteſt in quocunq; ſuæ diœceſis loco non tamen exempto ſedere pro tribunali, cùm iuriſdictionem ordinariam ſolus habere dinoſcatur c. cùm epiſcopus de off. ord. lib. 6. Quanquam communiter ſedes epiſcopalis debeat erigi & teneri in ciuitate, extra

* Adde, cùm caſtigatio monachorũ primo loco ſpectet ad abbatem, c. corripiantur 24. q. 3. c. quanto deuotio de off. ord. epiſcopus ſe immiſcere nõ debet, niſi abbas in corrigẽdo fuerit negligẽs, d. c. quanto. aut contra eos ordinario iudicio ſit procedendũ d. l. cauſ. C. de epiſ. & cler. gloſſ. in c. de perſona, 11. quæſt. 1. & ibi per archid. quo loco taxat epiſcopos, qui auocant cauſas primò intentatas & diſcuſſas coram plebano, aut prælatis eis ſubiectis, quod nunquã facere deberent.

quam episcopus sedem seu tribunal suũ diu transferre non debet, nisi subsistente magna & legitima causa, prout dicit tex. not. & memoriæ perpetuò commendandus in c. placuit, 12. q. 1. c. temporis qualitas c. mutationes eadem caus. & quæst. Cuius dignitas, episcopalis videlicet, culmen omnium aliarum dignitatum censetur esse c. venerabilis de præb. sing. reput. per Card. in cle. 1. de renunc. Nam ordo summi pontificis ab aliorum episcoporũ ordine non differt, gloss. & doct. in prohe. sexti, Feli. in c. cũ nobis de præscript. c. omnium, 32. dist. & hoc plenè per specul. in tit. de lega. § nunc de episcoporum & Butr. cons. 19. Incip. in nomine Dñi relato per Fel. in c. dilectus circ. fi. de off. ord. vbi magistraliter de iurisdictiõe episcopali loquẽs præter communem doct. doctrinam, dicit eam in tres partes diuidi posse, videlicet: Quòd sunt quædam ad episcopum spectantia ratione ordinis, quædam ratione iurisdictionis, & quædam ratione simplicis potestatis, vel dignitatis: de duobus primis est gloss. ord. in c. transmissum in verbo de talibus de elect. De tertio autem est tex. in c. 1. de sac. vnct. vbi dicitur, quòd episcopi manus & caput chrismate sacro, asśistentibus duobus episcopis, in signum inuisibilis & supernæ vnctionis, suæq; dignitatis, in sublimem apicem inungũtur, facit tex. & ibi domi. Pet. de anch. & Phil. fran. in c. vt apostolicæ de priuileg. lib. 6. vbi dicunt quòd mitræ vsus, sandaliorum, anulorum, baculi, atq; aliorum ornamentorum ibidem designatorum, soli episcopo de iure communi competit c. peruenit, 94. dist. c. clerici in fi. de vit. & honest. cler. Ita quod gerens episcopi insignia, cùm non sit, pœna falsi veniat puniendus, decis. Tholos. 401. alleg. Bart. in l. eos ff. de fals. Licet profectò communem opinionem insequendo episcopalia iura bifariam diuidantur, in ijs vtputa quæ sunt de lege iurisdictionis & ijs quæ sunt de lege diœcesana, vt cathedratici perceptio, hospitum vocatio ad exequias, & similia, à quibus monasteria reperiuntur esse exempta Innoc. latisśimè in c. 1. de statu monach. Panor. in cons. 37. 1. vol. Reliqua verò à quibus monasteria exempta non sunt, existunt de lege iurisdictionis, vt auditio causarum, visitatio, correctio, inquisitio, excommunicatio, & alia, de quibus copiosisśimè per host. Ioã. de Imol. & Panor. in c. dilectus alleg. de off. ord. Præterea ipse episcopus potest contra canones dispensare, quoties summus Pontifex in dispositione sedi apostolicæ dispensationem expresśè non reseruauit secundum theor. Innoc. in c. dilectus de tempo. ord. gl. & ibi Panor. in c. postulastis de cler. excom. Imò quod magis est, contra constitutionem conciliarem Lud. Roma. sing. 488. quod proce-

procedit quando oritur aliqua causa vrgens de nouo, tempore editæ constitutiouis per concilium verisimiliter incogitata, arg. l. si hominem ff. mand. Felij. in c. at si clerici § de adulterijs de iud. Panor. in c. cùm dilectus col. 3. vers. no. tamen de elect. & vbi superior consuli non potest l. diui fratres ff. de pe. l. diuus Pius ff. ad le. cor. de fal. Lud. Roma. cons. 325. cir. med. Archid. in c. licet canon de elect. in 6.

POtest etiam Episcopus iura vnius ecclesiæ alteri donare tribus tamen concurrentibus. Primo quod capituli sui consensus interueniat, c. pastoralis de. donat. cle. si vna de reb. eccles. nó alie. Secúdo quod subsit causa rationabilis c. tua c. ad audientiá de eccles. ædif. c. bonæ 12. q. 2. Tertio quod ecclesiæ cuius bona auferuntur, enorme preiudicium nó fiat, quia enorme preiudicium fieri non debet vni ecclesiæ vt alteri consulatur c. cum causam de prob. gl. & anch. in c constitutus de relig. domib. Num. 2.

PReterea causarum matrimonialium ipse aut eius officialis solus est iudex* tam de iure quam de stilo Romane curiæ, Adeo quod rescriptum inpetratum in causa matrimoniali, si dirigatur inferiori ab episcopo, subreptitium presumatur, ita not. specul. in tit. de rescrip. præsent: & inpug. § ratione auté formæ vers. nunc ad instructionem Felij. in rub. de spons. cir. fi. ibi quintodecimo. Et ratio est quia episcopus presumitur esse discretus, potestatem judicandi habens, canonumque statuta non ignorans, tex. sing. in c accedentibus de excess. prelat. interdicens abbatibus earúdem causarum matrimonialium examen ☞ Panor in c cum contingat col. 9. de for. compet ponens quæ sint episcopo reseruata, etiam priuatiue ad alios inferiores. An autem in causa matrimoniali Iudeorú cognoscat vide per Felij. in c cum sit generale col 7. de for. conpet. Num. 3.

* Quoties & quádo Iudex Secularis poterit cognoscere incidentaliter de causa matrimoniali & alijs similibus causis mere spiritualibus tradunt áplæ canonistæ in c causam 2. ex qui fil. sunt leg. & in c. tuam de ord. cog. Barth. & legistæ in l titia ff solut matr. & ibi in addit. Paul. de cast. cons. 45. incip. in puncto presenti & ita vidi sæpius judicari in consilio Flañ signáter in causa Baronis de Hertsinghen, & illustrissimi Dñi Card Gráuellani cum suis cohæredibus & Baronis de Pamele, ac Iohannes Doens causa vxoris ac in supremo Mechliniensi cósilio fuit nostra sententia cófirmata, diserte D. Doctor Driutius vir sig. memorie ac eruditionis preceptor meus in ca. quoniam 10. distinct. & ibi per doct.

☞ Adde tñ quod inferiores similiter & Abbates cognitioné causarú matrimoni. cótra episcop. possút prescribere sing. glos. & doct. in c. auditis in verbis jus Episcopale de prescrip. & c accedentibus de excess. prelat & ibi Innoc. & Ioa. And. limita quoq; procedere in prima instantia sec⁹ in causa appellationis quia tá ex consuetudine stilo ac statuto Principis, inferiores virtute rescripti, de causa matrimoniali possunt cognoscere, nec eo casu rescriptum presumetur surreptitium.

ITem Episcopus est illustris similisq; prefecto pretorio, & præside maior glos. est in verbo judicaturus in l vnica ff de off. pref. preto. l episcopale C. de episcop. aud. Quod imprimis patet causa formali, quoniam magna solet interuenire solemnitas, in eligédis Num. 4.

cõfirmãdis,& conſecrãdis epiſcopis.* Secũdò cauſa materiali,quia Epiſcopi debent eſſe legitimi,nõ ſpurij, neq; illiterati, ita quod epiſcopus tali defectu inhabilis ſe permittens eligi,meretur decapitari gloſſ. in verbo temporarium in l. qui cum vno ff. de re.milit. quam gloſſ.pro ſtupenda admiratur & ſuſpicit Felij in c. ſi quando coll. 4. de reſcrip.quod tamen in præſide non eſt, nam poteſt eſſe illiteratus & ſententias per alium ferre & pronunciare l. 1. & 2. C. de ſent.ex per.recit. Requiruntur etiam in Epiſcopo morum grauitas,literarum ſcientia, ætatis maturitas,ac honeſtas vitæ, vt ipſe qui aliorum gerere debet curam, in ſeipſo oſtendat,qualiter inferiores in domo Dei verſari oporteát, c. cum in cunctis de elect. in auct. de ſanctiſsi.Epiſco.in pri.collat. 9.

* De omnibus ſcilicet authoritate dignitate præeminẽtia,ſolemnitatibus requiſitis tam in electione,cõfirmatione quã conſecratione epiſcoporũ exacte ac latiſsimè tractauit D.Firmian⁹ in tract ſuo de epiſc. & quæ requiratur in eorũ electione vide per text glo.& doct. in l ſi quanquã C.de epiſc. & cler. ſufficit enim nobis ſummis labris tetigiſſe vt celerius ad inſtitutũ tractatũ perueniremus.

Num. 5,

POteſt inſuper Epiſcopus præſidem per cenſuras compellere vt ius reddat * c nouit de Iud. 23. q. v. c adminiſtratores & non econtra. Nam Præſes de iure Iudicem eccleſiaſticũ negligentem,non redarguit c.licet ex ſuſcepto,cum ibi not.de for.compet. niſi in caſu c. filijs vel nepotibus 16. q. 7. in quo Iudices ſeculares fundant appellationes abuſuum.

* Prelertim in cauſis miſerabiliũ perſonarum quarũ tuitio in conſcientia ad præſidem ſpectat c ex tenore de for compet. In quibus caſibus iudex eccleſiaſticus poteſt ſe immiſceri iuriſdictioni temporali, & econtra ſecularis cognoſcere de rebus & perſonis eccleſiaſticis cum quotidie occurrat, traditur late per doct.iunct.gloſſ.in c licet ex ſuſcepto de for compet. in verbis vacante imperio Specul.in tit.de compet. Iud.adit. § 1.in initio ac nu.2. Guid pap.& Ber. laurentius in tract.eiuſdem materiæ.

DEinde Epiſcopos Papa confirmat, præſidem vero populus habens legis condendæ poteſtatem ſibi,quem vult conſtituit vt eleganter per angel. conſ. 276. Quod tamen de alijs dignitatibus dici non poteſt, vt abbatijs & ſimilibus, quarum nomen cenſetur potius ſollicitudinis eſſe, quam honoris, gloſſ.in c. tuam de ætat.& qual. quanquã etiam dignitatem habere cenſeantur,ſed inferiorem,per Felij.in c meminimus de accuſ.eundẽ in c.2.de Iud. glo.fi.in c.expoſuiſti,de corp.vitiat. Ex quibus induci poteſt,quod Epiſcopus in ſignum dignitatis ſuæ eminentis, reſtituendo quem aduerſus ſententiam infamantem,per conſequentiam cenſetur fame reſtituere,licet contrarium tenere videatur Barth. in l.quid ergo § pœna grauior ff. de his qui nota. infa. vbi dicit quod ſi Iudex minuit pœnam legis ſuper crimine ſi tamen orta eſt infamia, per hoc & per talem diminutionem vel reſtitutionem, non relaxatur infamia vel tollitur. Attamen contrariũ eſt verius,quia cui conceditur cõſequens,conceditur & antecedẽs, ſine quo conſequẽs ſtare non poſſet glo.in c. quia in tantũ de præb. tex.in c.ſi quis in clero 7. q. 1.Modo ſi clericus ob crimen infamatus, depoſitus per epiſcopum

copum,ad ſuorũ ordinũ executionẽ reſtituatur, neceſſe eſt quod etiam reintegretur famæ,quia durãte infamia celebrare nõ poſſet Panor.in c.atſi clerici § de adulterijs de Iud. Idem in c ex diligenti de ſymo.pro quo facit gloſſ.penult.in c 2.qui 15.q.7. Quod maxime verum eſt, quando Epiſcopus diſpenſat premiſſa cauſæ cognitione,not.in l.quidã ff. de re Iud. Butr. in c veniens,de filijs preſbyt. Neq; obſtat quod duo ſpecialia hic videantur concurrere,videlicet quod epiſcopus diſpenſet & reuocando propriam ſententiam,infamiam aboleat,quod eſſe nõ debet l.1.C.de dot.promiſs. Quia vnum ſpeciale ex alio ſequitur & deſcendit ideo non nocet Do.in c nõ omnes 2.q.7.Bald.in alleg.l.1. Item non reuocatur ſen tentia ſed diſpenſatur ſolum aduerſus eam, eius ablato effectu, ipſa etiam ſubſiſtente Do.in final. verb. § hinc colligitur 2. q. 3. premiſſa ſane intellige vt locum habeant in infamia iuris ſeu canonica,quia facti infamiã ſolus remouet Deus, Bald in l. Caſsius ff. de ſenat.eam enim princeps quãtumuis ſuperior & eminens,abolere vel auferre nõ poteſt,quamuis bene eius effectũ à iure poſitiuo introductũ tex.gloſſ.2.in c.illi qui 6.q.1.& in c.1.15.q.5.& ibi Archid.

EPiſcopi inſuper eſt eccleſiarum ſuæ diocœſis vnio atque ſubiectio☞, ita quod Metropolitanus vnionem confirmãs alias quam per Epiſcopum factam,nihil agit c ſicut vnire de exceſsib. prelat.c vnio 10.q.3. c eam te de ætat. & qualit. cuius vnionis ſubſtantialia,videlicet ſolemnitatem requiſitam, modos eam faciẽdi & deſtruendi latiſsime poſuit Oldrad. conſ. 260. 261. 262. vbi videri poteſt quod aliquando vnum beneficium alteri æque principaliter vnitur,quandoque acceſſorie,quandoq; dubitatur,& quid Iuris in his tribus caſibus.

☞ Vide ea quæ in ſynodo Tridentina ad vnionem beneficiorum ſunt ſtatuta 24 ſeſs.cap.25.& quæ infra dicentur in 3. queſt. princ. nu 14. ac 15.

DEmum & finaliter Epiſcopi conſtitui debent in ciuitatibus honorabilibus c.epiſcopi 80.diſtinct.vt ſubditorũ vitia tuto ac ſecure redarguere valeãt & corrigere.Nam idcirco vocantur ſpeculatores ſeu prudentes c. cleros 21. diſtinct.Super intendentes 8. q. 1. c. qui epiſcopatum. Præbentes alijs inferioribus ducatũ, tanquam arietes gregibus 7. queſt. 1. c ſciſcitaris. Cuſtodes canonum 24. queſt. 3. c cum quibus, ſanctiſsimi CHRISTI legati 2. q. 7. c.accuſatio,Spirituales patres c.qualis eadem cauſ. & queſt. Papæ fratres & coepiſcopi c quàm graui de cri. fal. Eccleſiæ columnæ cle. 1. § nec ſuper de pe. Antiſtites quaſi ante alios ſtantes gloſſ. in cle. dudum in verb. antiſtites de ſepult. Panor. in c. Num.6.

iuriſdictio eſt promiſcua & communis. Idem tenet Iaſ.in l.ſerui electione § labeo nu.6.ff.de leg.1. Licet benè fatendum ſit, quod vbi priuilegium ſapit beneficium, in eo larga * veniat facienda interpretatio quoad concedentem ſolum. Facit optimum dictum Innocent. quem ſequitur Ioã.Andr.in c.paſtoralis de donat. vbi inquit, ſi Papa eximit eccleſiam vt donet abbati, fit extenſiio & interpretatio vt donata cenſeatur, & abbati ſubiecta, quoad omnia, tam quæ ſunt legis diœceſanæ quàm iuriſdictionis, alioquin Papa poſſet de cupiditate notari, ſi aliqd ſibi retineret l.ſi qñ.1. C. de bo. vacant. lib.10. quod dictum refert etiã & ſequitur Anto. de butr. conſ.19. col. 2. circa fi. ibi item videtur quæſtio terminata. Non autem quod debeat fieri larga interpretatio reſpectu tertij, cuius iura per prætactum priuilegium non immeritò offenderentur l. prætor § meritò ff.ne quid in loc.publ.c.quamvis de reſcript.lib.6. reputato pro ſing.per Iaſo.in l.2. col.5. ff. de vulg. & pupill. Nam talis interpretatio recipienda eſt, per quam iuri alterius non præiudicetur, & non ſecundum quam vnus commoda & alter incommoda pateretur ☞ l.verum § ſi cum tres ff.pro ſoc. c.ſi quando de off. deleg. Priuilegia etenim à beneficijs differũt, beneficiaq; latiùs quàm priuilegia interpretari conſueverunt, Ioã Andr.in c.cum olim de priuileg.ſuper gloſſ.fi.c.ſi ciuitas de ſentent. excõicat. lib.6. in prin.gloſſ.cir.fi.

* Et priuilegiato ius acquiritur, non à tẽpore ſcientiæ, vt in odiolis, ſed conceſsionis, Barbat. conſ. xxxiiij. col. 4. nu.S. vol.2. Pet.de anchor. conſ.ijc.xcviij.nu.3. Alex.in l qui abſenti in pri. de acquir.hæred. attamen Barth. in l. beneficium in ij. col.verſ. quæro quæ ſit interpretatio nu. 4.ff de conſtit.princ. vbi latè in odiolis in vtrãq; diſputat partem, tandem videtur in contrariam concludere opinionem, ſcilicet, quòd tãtum currat à tẽpore ſcientiæ: ſufficit tàmen priuilegium ad notionẽ exempti perueniſſe, licet epiſcopus id ignoret. Alber.in l.nemo fraudare nu. 9. de reg.iur. alleg.c i.§ nec obſtaret & c.ſi poſt de cõceſſ.preb. lib.6.

☞ quod intelligere tenemur de priuilegio à Papa ſeu Principe proprio motu conceſſo: ſecus ſi ad alicuius inſtantiam cõcedatur, quia tũc faciliùs interpretatur in eius præiudicium gl.in c.ij. de mutu petiti. & ibi per Ioan.Andr.in reg. q̃ ad agendum de reg. Iur. in merc. Bald. ſibi contrarius in l.cùm in oratione verſ.Item eſt argumentum ff.de excuſ.tut.

DE præſcriptione verò, per quam exemptio ſæpiùs eſt quæſita, quid aliud dicendum eſt, niſi quod iniquiſsimum eſt iuris præſidium tex.in auth. vt eccleſ. Roma.§ habeat itaq; collat.ij. Bald.in l.1.c.de præſcript.30.vel 40. annorum, Angel. in l.ſequitur § ſi viam ff.de vſucap.quia eſt contra regulã, qua dicitur neminem fieri debere locupletiorem cum aliena iactura l. nam hoc natura ff.de condict.indeb.l.rerum ff.rer.amot. & contra regulam iuris & canonicam, ſeu euangelicam: qud tibi fieri nõ vis alteri ne facias, per tot.in rub.ac nig.ff.quod quiſ.iur.c.humanum 1.diſtinct.c.oẽs de conſtit.auferens alterius dominium & iura, contra l.2.§1. ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur.Ita quòd dicta præſcriptio eſt quid facti, pro qua ius non præſumit niſi probetur, D. Pet. de anchor. & Philip.Frã.in c.cùm perſonæ de priuileg.lib.6.c.illud de præſcript. & de caſu ad caſum ſeparatũ:non extenditur, maximè quando eſt

merè

merè odioſa not. in l.1. quod nõ ratione ff. de leg. in l.1. C. de emancip. liber. Innocen. expreſsè in c. fi. de off. archid. Bart. in l.1. § hoc interdicto ff de itiner. actuq; priuat. Hinc dicitur quòd exemptio circa vnam ſpeciem nõ extendatur ad aliã, Panormit. conſ. 35. incip. Factum ſic proponitur cir. med. 2. vol. c. cùm capella c. ſanè de priuileg. Adde prætereà ad ſciendum quàm odioſa * ſit exemptio ea quæ per diuum Bernardum Eugenio in opuſculo ſuo de conſideratione ſcripta ſunt: cuius verba, tanquam proximè ad rem facientia, tranſſcribenda cenſui. Inquit enim: Murmur loqûor &ç.

* Intantum vt licet quis haberet longiſſimã poſſeſsionem ſine titulo aliquali, ſaltem trãſſcripto, nõ poſſet eam præſcribere per not. in c. ordinarij de off ordi. li. 6. Collect. in c. accedentibus. nu 5. de priuileg. Secus ſi prætenderet ſe eximere per præſcriptionẽ à ſeruitute: Nam cùm iure naturali vnaquæque res præſumitur libera, ſufficeret adimpletio temporis ſine interruptione, Fran. Mig in cõſuetu. andega. tit. des preſcript. arti. 400. 53. nu. 1, vide in. tit. 1. nu. 7. in prin. quo loco huius deciſionem reperies.

His igitur ſic præludij loco ſummatim præmiſsis, vniuerſam exemptionis materiam in quinque capita diuidemus: & primò videndum

Quid ſit Exemptio.

Secundo, quotuplex ſit Exemptio.

Tertio, per quæ verba cõceſſa videatur.

Quarto, in quot caſibus epiſcopus vel eius officialis iuriſdictionem in exemptos valeat exercere, aut exẽpti epiſcopo iudici ordinario ſubſint.

Quinto & finaliter, per quæ perdatur exemptio.

## Quoad primum, quid ſit Exemptio.



ICET omnis definitio ſit in iure periculoſa l. omnis ff. de reg. iuris. attamen dici poteſt, quòd Exemptio eſt ſubditi liberatio à poteſtate ac iuriſdictione ordinaria, per Pontificis maximi priuilegium, per Epiſcopum aut legitimam præſcriptionem conceſſa vel introducta. c. cum venerabilis de except.

Notanter

NOtanter dicitur per Pontificis maximi priuilegium. Quoniam sedis apostolicæ proprium est exemptionem concedere tex. est notab. in c frater 16. q. 1. c luminoso 18. q. 2. Specul. tit. de legat. § nunc ostendendum vers. 11. eximit l nemo Iudex C. de decur. lib. 10. gloss. in verbo exemptum in c cum inferior & ibi Panormit. de maior. & obed, ✳ Dummodo tamen a se suaq; potestate non eximat, nam cum locũ Dei teneat in terris c 2. de transl. Prælat. per consequens eximeretur à potestate Dei, quod facere non posse tenent Ioan. And. & Panormit. in c cum instantia per eum tex. iunct. gloss. 2. ex. de censib. ☞ Sicut nec poterit à suis de latere legatis Ioã. And. in c 1. col. 3. cir. med. de priuil. in 6. alleg. c. primũ de verb. signif in princ. eod. lib. Prout & executores literarum apostolicarũ semper excepti cẽsendi sunt. Card. de Zabarell. in cle. dudũ § nos etenim 11. q. de sepult. Nam semper oportet alicui esse subiectũ, ideo dicũt D. de Rota decis. 239. in no. quod nõ admittuntur articuli in quibus exẽptio immemorialis ponitur, nisi eis detur alius prelatus, qui in huiusmodi exẽptos iurisdictioné exerceat ne sint achephali c. cũ ex officij c. cũ nõ liceat & c. auditis de præscript. Sed an legatus de latere possit eximere, dic quod non Panor. in c. fi. de confir. vti. ac in vti. 1. notab. Archid. in c. de ecclesiasticis 25. q. 2. quia solius Pontificis est, alterius iura auferre vel minuere c. constitutus de relig. domib. iunct. gloss. in verbo à quæcunque c. nunc verò 9. q. 3. l. bene à Zenone C. de quadrien. præscript. Speculat. tit. de legat. § nunc ostendendum vers. 57. ac 89. Num. 2.

✳ Et Prælat⁹ qui exẽptioné Papæ ausus fuerit infringere, idq; quadam temeritate, priuatur cõmunione vsque ad finem vitæ suæ tex. est sing. in præalleg. c frater noster 16. q. 1 Alber. in dict. suo verbo exẽpti vers. Prælatus.

☞ An idẽ dicendũ sit de Imperatore quod in tẽporalibus neminem in totũ eximere possit à sua potestate questio multu est serialis pro negatiua cõcludere videtur Bal. in proh. feu sic c. cum non liceat de præscrip. Lap alleg 85 glo notab. 2 in fi. in addit. in c cũ instãtia extra de cens per l. cõperit C. de præscript. 30. annorũ l iubem⁹ nulli C. de sacros. eccles. Attamẽ Panor. in d c. instantia de papa affirmatiue de Imperatore vero dubitatiue ac remissiue resoluit. Verũ resolutio huius depẽdet ab alia simili an præscriptiue quis possit sese in totum eximere à potestate Imperatoris & ad ãbas partes tractatur & deciditur per Panor. & scribent in c. per venerabilé in gloss. verbi re cognoscat nu. 37. extra qui fil. sunt legiti adde Card. in cle fi. 7. qu de censi. Cij. in d l cõperit. Felij. in c. cum non liceat col. 3. vers cæterum dum fundit de præscript. quibus locis concludunt pro parte negatiua! Nam licet iura imperialia præscribere aut priuilegio obtinere possint exemptioné reges ac subditi, tamen reuerentialem honorem ac obedientiam ei præstare tenebuntur & mortaliter peccant qui secus facere nituntur facit optime l fi. C. de bonis liber. l. libertus qui operarum ff. eo. tit. vide ea quæ infra nu. 4 immediate ac in 2. quest. in in initio subijcientur.

ITem dicas de Principe seculari qui licet circa bona temporalia possit eximere ecclesiam à collectis & tributis, tamen nõ potest circa spiritualia tex. est & ibi Innocent. Hostiens. & Panor. in c. auditis de in integr. restit. Bald. in proh. feud. sic in c. cum nõ liceat de præscript. Anchor. in c. in synodo super gloss. in verbo concessit. 63. distinct. Alber. in l. bene à Zenone C. de quadrien. præscript. Num. 3.

QVid autem de Episcopo an possit plenam exemptinoem dare ecclesiæ inferiori etiam cũ consensu sui capituli & ex causa, ita quod ecclesia inferior non teneatur ad reuerẽtiam, saltem Num. 4.

cathedraticum aut charitatiuum subsidium. Dubiũ videtur propter glo. in summa 25.q.2. quam sequi videtur Oldrad. in consi. 244. & 172. & propter authoritatem ac rationes Calder. positas in consi. 5. tit. de reb. eccles. non alie, Feder. de se. in consi. 111. incip. questio talis est an diocœsanus prima col. ibi ad secundam questionẽ decis. rotæ 334. in antiq. & nouissimé eleganter per Philipp. dec. consi. 152 Incip. in causa exemptionis vbi prædicti omnes tenere videntur, quod quando Episcopus cum consensu capituli sui, & canonicorum suorum subscriptione aliquam ecclesiam in totum eximit. id censetur valide & efficaciter facere quodq; exemptio tenet, secus vbi solus episcopus hoc faceret vt late per Feder. consi. 247. incip. Casus talis est quidam episcopus. Sed prædictis non obstantibus verior opinio & communis est in contrarium quod scz episcopus non possit in totum eximere de qua per Ioã. And. & Panor. in c. cum venerabilis de censib. Angel. in summa in verbo exemptus Felij. latissime in c. cum inter de re Iud. col. 2, Panor. in c. pastoralis in glos. præter cathedraticum ex. de donat. Quia licet Episcopus cum consensu capituli sui possit constituere vicarium perpetuũ nomine dignitatis suæ vt iurisdictionem & actus exerceat tanquã vicarius episcopi, vt tamen omnia iura episcopalia in totũ sint ab ipso abdicata ita quod inferiore negligente nõ possit episcopus se immiscere, hoc non potest, arg. c. irrefragabili § excessus de off. ord. Imol. in c. in lateranẽsi de præbẽd, Lud. Roma. sing. 482. Angel. in l si mater col. 1. in repet. C. ad tertul. pro hoc tex. allegans singularem in l. fi. C. de bonis libert. similis tamẽ tex. est in l libertus qui operarũ ibi, nihilhominus obsequio verecundiæ tenetur ff. eo tit. vbi dicitur quod quantũcunque patronus liberto ius patronatus remiserit per hoc tamen reuerentiam remisisse non censetur, per quem tex. ibi tenet Bald. & post eum Felij. in c. cum non liceat de præscript. quod episcopus in loco exempto precedere debet, quodq; exempti processionaliter, more aliorum obuiam ei ire tenentur * quia est reuerentia quædam non delebilis per exemptionem, & ita respondet Oldrad. cuidam archiepiscopo rauenatẽn secundum Bald. in loco pre alleg. Not. Ang, Imol. & Ludo. in l. alium § eleganter 2. notab. ff. solut. matri. Lud. in l. diuortio § ob donationes 2. col. ff. eodem tit. Ang. & Alexand. in l. si hac lege § patronum ff. de in ius voc. Et quare episcopus in totum ecclesiam eximere non possit ratio est optima, quia alium faceret ordinarium in sua diocœsi, quod esse non debet c experientiæ 11. q. 1. Ius Episcopale quod est iuris publici remitteret contra l. Ius publicum

* Adde quod ex cõstitione consilij tridentini omnes exẽpti generalibus processioibus tenentur interesse Sess. 24. ca. 12.

publicum ff. de pact. Et sequeretur absurdum videlicet quod hodie eximeret vnam ecclesiam, cras alteram, sic deinceps, ita quod à se totalem iurisdictionem tandem reijceret contra l. legatus ff. de offi. præsid. Præterea subditus Episcopi non potest à se reijcere iurisdictionem superioris c. si diligenti de for. compet. c. ad monet de renunc. ergo nec Episcopus iurisdictionem quam habet in subditum. l. abdicatio C. de pact. potest. * Et cum charitas nunquã excidat, remitti nõ potest de pœnit. distinct. 2. c. charitas. Deinde Episcopus exemptionem in præiudiciũ archidiaconi prestare nõ potest c. 2. de excess. prælat. multo minus in præjudicium paris successoris vtputa l. ille à quo § tempestiuum ff. ad trebell. c. Innotuit de elect, (Et vt supra dictum est) ista est communis opinio ac sequenda tam in consulendo quam in iudicando, eamq́; cum prædictis tenuerunt Imol. & Hostiens. in lect. d. c. cum venerabilis vbi dicunt expresse quod licet exemptio talis prodesse non posit quantum ad plenum ius exemptionis consequendũ, iuuaret tamen ad præscribendum Calderic. sibi contrarius in tit. de reb. eccles. non alie. cons. 12. faciunt not. Ange. cons. 131. Panor. in c. cum olim 2. de priuileg. c. cum inter de. re. Iud. in gloss. Neq́; huic opi. obest gloss. in summa præalleg. quam expresse ponendo contrarium, reprobat archid. in c. visis 16. q. 2. Hostiens. in summa de off. ord. § sunt quædam vers. & not. & in tit. de reb. eccles. non alienand. § an res vers. extra summã, quia sicut quãdo patronus remittit generaliter jus suum patronatus, aliqua nihilominus iura in liberto reseruat l. Fi. prædicta de bo. lib. Ita etiam est in Episcopo vt nunquam specialia iura remisisse censeatur Hostiens. in c. constitutus de relig. domib. in c. pastoralis de donat. Nec similiter obstant cons. Oldradi & Decij præalleg. Nam debent intelligi quando Episcopus eximisset ecclesiam & a tempore exemptionis lapsum fuisset tempus immemoriale. Quia eo casu propter lapsum temporis presumitur confirmatio Papæ interuenisse quæ exemptioné cõfirmaret Ant. de But. in c. ea noscitur col. fi. de ijs quæ fi. à prælat. si cõs. cap. vbi inquit quod in actu antiquo solennitas extrinseca etiã in beneficialibus præsumitur interuenisse, in quibus quis nõ fuisset diu verisimiter toleratus sine debita solennitate Hostiens. Ant. de But. & Panormit. in c. illud de presumpt. Archid. de cõsecr. dist. 1. c. nemo. 1. Pet. de Anch. cons. 136. Incip. ex cõsilijs Bald. in l. siue posidetis 4. oppos. C. de probat. Petr. de Anchor. in c 1. qu. de rege Iur. lib. 6. Domi. in c. ordinarij § 1. colum. Fi. de off. ord. cum similibus & ita sentit Decius in præalleg cons.

* Adde specul. in singulari suo tract. de mod. gene. cõcil. celeb. § de exemptione quo loco refert iurisdictionem Episcopi procedere à Deo, ab Apostolis, sanctis patribus, generalibus concilijs atque Romanorum pontificibus comprobata & obseruata, facit tex. in c. ad hoc 87. distin c. esto 95. distin. c. ad hoc 16. q. 1.

Num. 5. PRædicta tamen limita duobus modis: Primo vt locum non habeant quando in creatione ecclesiæ & antequã ei aliquod jus acquiratur Episcopus eam totaliter eximeret, quia hoc posset c. fraternitatem de donat. gloss. in regula delictum de reg. Iur. lib. 6. in c. placuit 16. quest. 3. junct. gloss. vbi habetur quod in querẽdis, Prælatus ecclesiæ suæ præjudicare potest, secus in quesitis. Secundo limita hoc procedere in Episcopo, nam aliud esset quando ultra concessionem Episcopi accederet authoritas Papæ in totum eximens, nam eo casu sublatum esset omne jus etiam reuerentiale Felij. pulchrè in præalleg. c. cum inter de re Iud.

☞ Addunt Doct. tertiã limitationem quando scilicet Episcopus perdidisset exemptionem per sententiã arg. c. cum inter sed cum ignoretur quibus mæritis a causa ceciderit, mærito auunculus eius non fecit mentionem prout implicite fecisse videtur Felij in d. c. licet qui hanc materiam præter omnes exactissimè deducit ac omnium authoritates produxit quem casu occurrente omnino vide.

Num. 6. IDem de Archiepiscopo dicas quod eximere non posit gloss. in c. in verbo exemptionis de priuileg. lib. 6. quam approbãt & sequuntur Domi. Pet. de Ancho. & Philip. fran. ibi.

Num. 7. DIcitur etiam in diffinitione per præscriptionem legittemã quia sola præscriptione * exemptio competere potest Panormit. in c. auditis de præscript. Doct. in c. cum personæ de priuileg. lib. 6. Neque obstat quod sine possessione præscriptio non procedit quodque libertas posideri non potest l. penult. ff. de arbit. ergo quod libertas non possessa præscribi non posset, quia contrarium sibi locum vendicaret, quando subditus ita se eximeret quod nemini subesse intenderet c. cum non liceat de præscript. secus si alteri superiori superioritatem acquireret se illi submittendo, reiecto jugo primi superioris decis. tholos. 332. Rot. in no. decis. 239. quia licet extinctiuè exemptio præscribi non posit, translatiuè tamen potest. Cald. in d. c. cum non liceat Anth. de Butr. in præalleg. c. auditis 7. col. vers. opp. quod non posit de præscript. Milis in verb. præscribi non potest exemptio.

* Cõtrarium tamẽ videntur deridere doct. in c. ordinarij de off. ord. lib. 6. & collect. in c. accedentibus nu. 5. de priuileg. quibus locis dicunt exẽptionis præscriptionẽ non procedere sine aliquali titulo saltẽ transcripto vt posui superius in ru. nu. 8. Tu prosequere vt hic in tex. cum in longissima præscriptione titulus ac consensus præsumatur ipsi autem loquũtur in præscriptione quadragenaria.

Num. 8. ETiam ad extinguendum jus alteri competens non semper requiritur possessio sicut in præscriptione actionis personalis l. 2. C. de const. pec. l. sicut & l. sequen. C. de præscript. 3. annorum. Attamen actionem illam nemo verè posidet nisi ille cui competit c. in literis de rest. spol. Ioan. de Imol. in d. c. auditis & in c. cum ex officij de præscrip. c. cum super de re Iud. Nec censeri debet talis pręscriptio omnino irrationabilis pręsertim quãdo

subditus

ſubditus præſcribens contra ordinariam Iuriſdictionem, ſedi Apoſtolicæ ſe immediatè ſubijcit quia res per hoc ad propriam reuertetur naturam c. ab exordio 35. diſtin. l. ſi vnus § pactus ne peteret ibi in priſtinam naturam redijt ff. de pact. & vnde prodierunt flumina i eo reuertuntur, Romanæ enim eccleſiæ, omnis eccleſia immediatè ſubiecta fuit, quia omnium vniuerſalis cura Beato Petro commiſſa fuit 2. q. 7. c. puto not. in c. volumus 16. q. 4. Oldrad. conſ. 172. Sed contra præmiſſa adhuc facit tex. in c. accedentes de præſcript. & dictum Panormit. in d. c. cum ex officij ubi clarè deciditur quod ſubditus contra procurationem non valeat præſcribere neque in totum neque in parte. Pro ſolutione dicendum eſt quod ſubditus ipſo remanente ſubdito, contra obedientiam, procurationem vel viſitationem non poſsit præſcribere, alioquin eſſet contradictionis implicatio quod veſter ſubditus, non eſſet ſubditus, contra l. Iudicatæ ff. de except. rei Iud. l. eum qui edes ff. de uſu cap. Sed deſinens eſſe ſubditus, per præſcriptionem contra præmiſſa bene præſcribit. Sicut in ſimili dicitur quod monachus ipſo exiſtente monacho non poteſt habere proprium etiā de licentia Papæ, quia eſt contra ſubſtantiam monachatus, ſi tamē Papa de monacho fecerit non monachū, bene proprium poterit habere c. cū ad monaſteriū de ſtat. monach. in fi. iunct. gloſſ. ibidem in verbo abdicatio ☞ Præterea prætoriæ ſtipulationi nihil adijci ſolet aut poteſt ea manente prætoria, ſecus quando per adiectonem efficitur conuentionalis l. in conuentionalibus ff. de verb. oblig. Nec ſeruus quamdiu ſeruus eſt, poteſt conſtitui tutor ſed per hoc quod per teſtamentum datur tutor efficitur & liber & tutor § 1. inſtit. qui. teſt. tut. dar. poſſ. Denique iſta præſcriptio habet tacitum conſenſum, eius contra quem præſcribitur l. alienationis verbum ff. de verb. ſignif. Et ultra hoc, habet aſsiſtentiā juris publici & ideo vocatur legalis alienatio quæ aliquando permittitur, vbi alienatio hominis eſt interdicta l. 2. ff. de reb. eorum qui ſub. tut. vel cur. & l. fi. C. de leg. tut.

☞ Adde elegātem gloſſ. tex. & dd. in c ſtatutum 18. q. 1.

QVantum vero tempus requiratur ad prædictam præſcriptionem introducendam & complendam. Dic quod cum titulo ſufficit tempus 40. annorum, quia minori tempore contra eccleſiam non præſcribitur, Lud. Rom. conſ. 69. 16. q. 3. c. quas actiones c. de quarta de præſcript. tex. formalis junct. gloſſ. in verbo canonicam in d. c. cum perſonæ de priuileg. lib. 6. quam ibi ſequitur Domini Guid. Pap. deciſ. 161. Iaſ. conſ. 25. verſ. conclu- Num. 9.

cunctos populos col 4.verſ.licet auté prædicti C.de ſum. trinit.& fid.cath. ubi inter cętera dicit quod reges Hiſpaniæ & Franciæ ab imperio ſe exemptos prætendunt ☞ ſubnectens ſe vidiſſe priuilegium aureo ſigillo bullatum quo duci& ciuitati Venetiarum exemptio ab imperio conceditur Barth. & Angel. in l. beneficio ff. ad leg.falc.vbi dicunt quod ſtante ſtatuto quod nobiles non habentes beneficium à ciuitate ſint à collectis immunes, ſi aduocatus nobilis exiſtens,ſit poſitus ad condemnationé & detrahat 12. pro libra,tăquam hoc ſit beneficium à ciuitate receptum,exemptione priuatur Barth. conſ.36. vol. 2. vbi latiſsime examinat modum eximendi à muneribus realibus, patrimonialibus & perſo-

☞ Adde Panor in c. per venerabilem ex. q filij ſunt legit.nu.9 & 37.Felij.in c. cum non liceat mihi col.6 in princi.verſ. demũ dicas de præſcripti. quibus locis idem declarant de rege Angliæ, interim ne ſint achephali dicũt omnes non recognoſcẽtes imperatoriã Maieſtatem ſubijci iuriſdictioni pape, prout Felij.eodem loco verſ.Cæterum col.4.Vidẽ denique ea quæ ſupra deduxi in intio .ca.primi nu.2.videlicet an talis omnimoda exemptio à poteſtate Imperatoris de iure poſsit ſubſiſtere quo loco late hanc quotidianam & ſingularem quæſtionem deciſam reperies.

nalibus Bald.in præalleg.l.cunctos populos col.6.ubi dicit quod à ſtatuto odioſo laicorum, clerici ſunt exempti. * Barth. & Alexand.in addit.in l. ab omnibus in princ.ff.de lega.1, vbi dicũt quod ſi ſtatutum ſit quod comitatenſes teneantur ſoluere ſalarium poteſtati, exempta aliqua villa, reliquæ ad integrum ſalarium obligantur Iaſ. ampliſsime in l. auus neptis nu. 8.9. ff. de pact.Paul. de Caſt.conſ. 188. vol. 2,circa fin. Alexand.conſ. 323. num.7.vol, 2.gloſſ. in verbo per ſingulas in c. Adrianus 63. diſt.dicens quod rex qui non probat ſe exemptum, Imperatori tributum pro ſuo capite exoluere tenetur Alexand. de Imol, conſ. fi. vol. 4. vbi tenet quod ſi venientibus ad habitandum certum locum, exemptio à collectis data fuerit vſque ad certum tempus, talis exemptio tolli non poteſt Idem Conſ.101. volu. primo Incip. viſis inſtrumentis exemptionis.

* Verum in fauorabilibus gaudẽt priuilegijs ciuitatis à qua ſunt exempti ne priuilegium in fauoré cõceſſum in eorũ caput redũdat l. quod fauore C. de legib. Bart.in tract. repreſaliũ in 5. princ. queſt. verſ.ad ſecundum. Idẽ in l.1. num. 10.& ſequ. ff ad munic. Paul. Caſt. conſ. 135. verſ. quantum vero col.5. Ratio eſt nam licet clerici in aliquibus eximantur à poteſtate temporali, in reliquo tamen remanent incolæ ciuitatis c. principes 23.queſt.5. auc.vt cleri.apud prop.Epiſc. col. 9. in princip.Ita Ioan.And.in c. fi.poſt prin in verbo diſtrictu de offi.de leg.per cle.2.vt lit.pend.vide inf.eadem hac queſt .nu.4.

SExtus casus est quando religiosi exempti executionem testamenti de suorum superiorum licentia accipientes, rationem & reliqua administrationis suæ reddere non curãt vel nolunt, vel reddunt iniquam quia per ordinarium cogi possunt & puniri si male administrauerit, tex. est in Cle. vni. de testamen. Ang. in sum. in verb. executor § 20. Bart. in l. interdum § 1. ff. de iud. Feli. in c. fi. col. 3. de for. cõpet. hoc expresse firmat Collecta. in c. Ioãnes col. 3. cir. fi. ibi sed quia religiosi de testa. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instru. edit. § nunc aliqua vers. sed an simplex commissarius in ver. legaturis neq; aliquatenus hoc casu se poterunt tueri priuilegio vel exemptione, & hoc extremæ voluntatis fauore hominibus per iurium humanitatẽ debito, l. 1. C. de sacros. eccles. in auct°. de eccles. titul. § si quis autem pro redemptione coll. 9. Et idcirco ad episcopum, negligẽtibus executoribus, onera executionum spectant, quia tota diocæsis est eius parochia c. 1. de rapt. ad eum in magnis recurritur tanquam ad super intendẽtem c. ad hæc de off. archid. c. qui episcopatum 8. quest. 1. Num. 11.

EX quibus supradictis infero quod cum eps hanc potestatem super exemptos habeat a iure sibi attributam, præcipue super religiosos, si statuat quod post ãnum executor ipso facto exequendi potestate priuetur, tale statutum ad religiosos exemptos extendetur, licet regulariter statuta episcopi exemptos seu eorum loca non complectantur l. decurionibus. C. de silent. lib. 12. vbi gloss. ord. quam Bart. alleg. in l. sed & posteriores ff. de legib. tex. in l. si mihi & tibi ff. de legat. 1. § in legatis Bald. in l. cunctos populos C. de sum. tri. & fid. cath. Illationis prędictę ratio est, quia constitutio ligat subditos, modo exempti ordinario subsunt quoad testamentorum executiones ergo constitutio epi circa testamentorum executiones edita exemptos religiosos cõplectitur. Maior nota est in c. 2. de maior. & obed. c. vt animarum de constit. lib. 6. cum similib. vbi habetur quod episcopus faciens constitutiones a iure non exorbitantes, subditos ligat, minor vero constat, per Cle. præalleg. ex quibus sequitur Num. 12.

quitur cõclusio,facit id quod voluit Lud. Roma.conſ.328.intel-
lige etiam quod in isto casu accipiendus eſt executor pro eo qui
qualemcunq; bonorum defuncti habet adminiſtrationem, in
eligẽdo pauperes,illis eleëmoſynas largiendo,aut alias vltimam
teſtatoris voluntatem adimplendo Specul.tit. de inſtru. edit. §
nunc aliqua licet Bart.in l.executorum C. de execut. rei iud. &
in l.fina. § ſi quis optione C. cõmu. de lega.Panormit. in c. nos
quidem in fi.de teſtã.& alij quos refert Feli.in c.ſi quis contra.de
for.compet quibus adde Philipp.Dec.cõſ.72.vol.2.voluerunt a-
ſtringere executores ad eos, qui legata certis perſonis relicta ſo-
lum exequuntur, non autem ad habentes poteſtatem nomi-
nandi vel eligendi perſonas pauperum vel aliorum, quaſi iſto-
rum nouiſsimorum commiſſariorum poteſtas non expiraret
anno & in eorum locum epiſcopus non ſuccederet quia contra
rium eſt verum & tenet Feli. in c. præalleg.ſi quis cõtra & in eiſ-
dem terminis Angel.conſ. 64. quia tam in verbali executione
quã actuali ſi teſtamentum non adimpleatur, voluntas defun-
cti differtur,que tamen ad vnguen & formaliter obſeruari debe
ret Bald.in l.ſi pupillorum § ſi prætor in fi. ff. de reb. eorũ idem
in l.qui aliena § libertos ff.de negot.geſt.

Num.13. SEd quid de exempto ſeculari non religioſo, an cogi poſsit
per ordinarium reddere rationem executionis teſtamẽto-
rum. Videbatur poſſe dici quod ſic quia quantumcunq; diſpo-
ſitio dict. Cle. ſit pœnalis, quia tamen in ea reipublicæ verſatur
fauor vt teſtamenta mortuorum compleantur, hęredum bona
executores iniuſte non detineant & vt delinquendi occaſio au-
feratur videbatur rite ampliari poſſe not. Bart. in l. 2. § exerci-
tium ff.de his qui not.infa.l.quemadmodum C. de agric. & cẽſ.
lib.11. l.ſi quis in graui § hoc quoq; & ibi Bart.& Bald. ff. ad Sille.
præſertim vbi eadem ratio vtrobiq; militat in tex. expreſſa, ſe-
cundum doct.Ioan.de Imol.& Domini.in c. ſi poſtquã de elect.
lib.6.Soз.conſ.275.Nam vt in præmiſsis,religioſi exempti delin
quere poſſunt ita & p̃bri ſeculares quanquam exempti, vt ergo
materia delinquendi vndiq; auferatur videtur dicẽdum Cle. ad
ſeculares extendi & porrigi poſſe. Cuius tamen contrarium ex-
preſſe determinat gloſſ.in verb.tales approbata per Abbat. Paul.
de Leaz.& Card. ibi dicentes pro regulã gñali eſſe bene notan-
dum,quod vbi contra priuilegium emanat conſtitutio pęnalis,
terminos ſuos non egreditur & ad hoc reputatur ibidem dic.
gloſſ.

gloſſ. ſingul. Et in caſu quo cõſtitutio pœnalis quo ad perſonas extendatur non tamen extẽdetur quo ad pœnam, Ioan. Andr. & Domi. in c. diſpendia de reſcrip. lib. 6. Iſto itaq; caſu quo concederetur exemptos ſeculares male circa executiones teſtamẽtorum verſatos poſſe per ordinarium cogi & puniri extenſio fieret perſonarum & pœnæ ſimul, quod eſſe nõ debet, neq; eadem ratio ☞ militat in ſecularibus & religioſis tum ex perſonarum merito, tum merito cauſæ. De perſonis clarum eſt quod de iure aliter proceditur contra ſeculares quam contra religioſos tex. eſt in c. qualiter & quando de accuſ. c. per tuas de ſimo. Quoad cãm vero, religioſi in pleriſq; paſsibus delinquere reperti ſunt plus quam ſeculares vnde dicit gloſſ. in c. preſbiterorum 56. diſtinct. quod conuerſati in cœnobijs ſæpe alijs ſunt deteriores adde gloſſ. in c. quanquam de vſur. lib. 6. in verb. abſoluat tex. in c. abbas 18. q. 2. quod monachi pleriq; ſunt indomitæ ceruicis, & effrenatę ſuperbiæ, tex. in c. quantũlibet 47. diſtinct. Quod deteriores reperiri non poſſunt quam qui à monaſtica vita defecere, & idcirco in multis canonibus contra eos eſt prouiſum vbi tamen nulla de ſecularibus fit mentio gloſſ. ord. in verb. religioſi in Cle. 1. de ſent. excoĩcat. Et idipſum quod ſuperius dictum eſt ſatis oſtendit verbũ religioſis in prin. dic. Cle. 1ª. de teſtamẽ. poſitum, quod quanquam large ſumptum, aptum ſit comprehendere ſeculares qui religioſæ perſonæ non immerito a Chriſtiana religione dici poſſunt. Panor. & Feli. in c. eccleſiam ſanctæ Mariæ 4°. not. de conſtit. Ioã. Andr. & Anto. de Butr. in rub. de regular. quia tamen communi atq; ſtricta verbi ſignificatione, de iure attendenda Bart. in l. nõ dubium C. de legib. per l. Labeo ff. de ſupellec. leg. Ioan. Andr. in c. fundamenta de elect. lib. 6. Verbum prædictum religioſi intelligitur de profeſsis tria vota, idcirco ſeculares omiſiſſe cẽſetur c. nõne de præſumpt. l. cum prætor ff. de iud. Card. conſ. 138.

☞ Ego putarẽ conſtitutionis d. Cle. rationem fuiſſe, ne religioſi boni ac pij executores teſtamentorum electi ac deputati, cum papã ad manum non habeant & difficilis ſit ei⁹ aditio medio tẽpore diſtrahantur aut alienẽtur a monaſtica religione nec mali & aſtuti exinde cauſam nanciſcantur vt in apoſtaſiam cadant aut aliquod enorme delictum ſeu ſcandalum committãt ac tutius intra clauſtra contineri poſsint, quod periculum in ſeculares non cadit.

SEptimus caſus eſt quando exempti ſeculares aut religioſi tempore interdicti ⁎ extra caſus a iure eis permiſſos, in cœmiterijs aut locis ſacris, defunctorum cadauera ſepeliunt ſeu ad ſepulturam manifeſtos vſurarios, excõmunicatos, publice vel nominatim interdictos admittunt: Quia excommunicatione propter prædicta incurſa abſolui nequeunt, niſi ad arbitrium diocæſani epi, ijs ſatisfecerint quibus ex tali ſepultura iniuria Num. 14.

⁎ Adde & planẽ vide ea quæ infra dicentur de interdictis in 28. caſu. in hac quart. prin. quæſt.

✠ fuerit irrogata tex. eſt in Cle. 1ª. de ſepult, bonus tex, in c. cum & plantare § excoicatos de priuileg. in antiq. & ibi per ſcribentes, & maxime quando caſus eſt notorius quia epiſcopus poteſt tales declarare excommunicatos vt a ſuis ſubditis vitentur. Nec poteſt dici quod de delicto ☞ exemptorum cognoſcatur in loco exempto commiſſo, quia in notorijs cognitio iudicialis non requiritur ita tenet Philip. Franc, in c. epiſcoporum de priuileg. lib. 6. Et poterit epiſcopus iniuriam talem taxare quā exemptus neceſſario ante abſolutionem exoluet nullo obſtante exēptionis aut libertatis priuilegio, in qua quidē taxatione ſeruabit ordinarius practicam poſitam per Ægid. de Bellamer. deciſ, 721. vbi dicit quod ordinarius attentis primo ſingulis circunſtantijs & qualitatibus tam perſonarum quam facti, habitaq; diligenti iniuriæ illius examinatione, ſuo iudiciali arbitrio, certam quantitatem ſeu æſtimationem taxabit, non vt in illis condemnet, ſed vt infra illam, vel in illā pars iniuriata iuret & non vltra ita debet intelligi id ꝙ habetur ff, de iniur, l. ſedet ſi vnius § ſeruus meus. Et facta taxatione pars iniuriata medio ſuo iuramento huiuſmodi æſtimationē non declarabit, vel infra eam excedere non poterit, ita intelligitur l. iniuriarum æſtimatio ff. de iniur. c. olim ſcribētibus exª. eod. tit. c. ſi canonici de off, ord. lib. 6. vbi bona gloſſ. in verbo damnis. Iſtud in terminis tenent Ludo, Roma. conſ. 97. Angel. conſ. 95. 52. in l. ſi non cōuicij C. de iniur. Soc. conſ. 146. Et demum præſtito iuramento arbitrabitur iniuriam ordinarius qualiter emendanda veniet vel reſarcienda Domi in c. fælicis de pœ. lib. 6. Card. in Cle. 1ª. § ſi ciuitas verſ. quarto quæro eodem tit. adde id quod voluit Panormit, in c. ſacris ad fi, de ſepult. vbi dicit quod religioſis exemptis deferentibus ad ſepulturam cadauer ſepeliri prohibitum, curatus poterit de facto reſiſtere, ante tamen ingreſſum loci exempti & poſtea non, alioqui ius ſuum omne perderet ſi in loco exempto auferret, & cadauer ablatum reſtituere teneretur c. cum liberum de ſepult. l, fi. C. de ſepulch. vio. Bald. conſil. 270, in quar. parte.

✠ Adde violatorem ſepulchrorum nō ſolū mortuis iniuriam inferre ſed & viuentibus ideoq; cum ſacrilegiū ſimul. committat acerrimis pœnis venit affligendus de quibus habes per tot. tit. C. de ſepulch. viol. ac grauiſsima cenſetur pœna, quem priuari ſua ſepultura tex. habes in l. vnic, circa fi. C. de ijs qui par. vel libe occider. Bald. in conſ. 426. 1º. vol & idcirco a nemine poteſt interdici niſi in caſibus a iure expreſsis de quibus per Archid. in c. ſiquis auſus 24. queſt. 6. Bald. in l. ſi qui ſepulchrū § hoc edictum ff. de reli. & in gloſſ. ord. in c. ex parte 2, in verbo communicabatur de ſepult.

☞ Hodie ex conſtitut. cōcilij Tridentini eṗs poteſt exemptos ſuſpendere ab officio propter delictum Seſſ. 25. cap 17. Item in 2a. refor. eiuſdem Seſſ. cap. 14. poteſt eṗs exēptos concubinarios punire & prauos mores illorum corrigere Seſſ. 24. cap. 22.

Num. 15. Octauus eſt, quando acceſſus ad papam eſt difficilis & periculoſus, propter bella, peſtem ſeu alia impedimenta, quia ſi exempti ſint clero graues, eumue opprimant, denegādo quartam aūt alias tunc ordinarius poterit eos reprehendere reprimere, cogere, & caſtigare dictum eſt ſingul. Card. in Cle. 1ª. queſt, 3. de off. ord. Felj. in c. ſignificaſti col. 1. cir. fi. ibi ſecundus caſus de

for. com-

for.compet.Imo plus dicit Innocent.in c. olim 1°. de restit. spol. in c.vt famæ de sent.excommu. quod eo casu licet vnicuiq; sibi ius dicere & au toritate propria, arg. tex.in l. 1ª. C. q̃n lic. vni. sine iud.se vind. Quid econtra quando scilicet eps opprimit exemptos quibus modis sibi & suæ exemptioni valeant cõsulere Specul. tit. de appellat. § restat vers. si autem iudex. 4. parte & vers. sequen. Qualiter concipiantur hincinde libelli Specul. tit. de priuileg.eadem parte per tot. vbi pleraq; notabilia in ista mã adducit Innocent.in c.bonę 2. col. 3. cir. prin. ibi ille autem qui est in diocæsi de postul.prælat.adde quod episcopus qui exemptionem conatur malitiose & quadam contumacia infringere vsq; ad finem vitæ suæ communione priuatur c. frater noster Adrianus 16. q. 1ª. Alber. in dictionario suo in verbo exempti vers. prælatus.

SEd quæritur præsupposito accessu difficili & pene impossibili ad curiam Romanam vel papam sicut nunc accidit in clade vrbis & sanctiss[i]. D. nostri papæ Clementis septimi, an de beneficio reseruato & exempto ac manibus ordinarij clausis, per decretum irritans, possit ordinarius prouidere. Num. 16. Breuiter licet prima facie videatur debere dici quod non, per dict. Card. in cõs. 112. in 5. quæst. & tex. in c. si abbatem § fi. de elect. lib. 6. gloss. in verbo potestatem in c. si confirmationem eod. tit. & lib. vl i communiter tenetur quod inferior a legato de latere, talia beneficia conferre non potest. Attamẽ in isto casu crederem contrarium & collationem ordinarij validam fore. Quia quando papa reseruat, aut eximit aliqua beneficia hoc facere intelligitur quatenus iuris vel facti aliqua impotentia, eisdẽ prouidere non impediatur, arg. c. sciscitatus & ibi late per Feli. de rescript. nam vbi tale impedimentum superuenit non obst. te reseruatione, ius prouidendi ad ordinarium deuoluitur Cle. 1. de cõcess. præbend. quod quidem multis rationibus subsequentibus probari potest. Primo dicto Card. præalleg. in Cle. 1. de off. ordina. Secũdo per c. si episcopus de supplend. neglig. prælat. lib. 6. c. eos de tempor. ord. eodem lib. l. vbi absunt ff. de tut. & curat. dat. ab his, vbi regula ponitur quod quoties is ad quem iurisdictionis exercitium primo loco spectat est impeditus vel negligens vel eius copia haberi non potest, tunc fit deuolutio ad inferiorem alias inhabilem, cum ergo collatio sit actus iurisdictionis, si aliquo casu papa adiri non possit videtur quod ad episcopum fiat deuolutio

uolutio. Tertio videmus quod in casibus, specialiter sedi apostolicæ reseruatis absoluit episcopus, quando summus pótifex commode adiri non potest c. de cætero de sent. excõ. c. eos eo. tit. lib. 6. quia verosimile non est iura voluisse quod diu quis in excoicatione remaneat, ergo a simili cum iura diuturnam vacationem beneficiorum non admittant sed abhorreant potius, c. quam sit de elect. lib. 6. non videntur sensisse quod quando omnino papa adiri non potest, ecclesiæ remanere debeant viduatæ, propter vacationis diuturnæ pericula, sed potius quod ad ordinarium recursus haberi possit, per tex. not. in c. sanctorum 70. distinct. Æquum enim est vt ea quæ papæ incumbunt, valeãt isto casu per ordinarium expediri, cum necessitas legem non habeat c. si quis propter necessitatem de furt. c. licet de fer. cum simil. Quarto faciunt not. Pet. de Anch. cons. 409. ibi quoad primum vbi multis iuribus & rationibus probat, episcopum in gradibus prohibitis, in quibus solus papa dispensat, posse dispensare, quando papa adiri non potest, propter bellum, scisma, aliudue impedimentum, & tenet quod talis dispensatio est valida, quia solum iuri positiuo non diuino derogatur, cum ergo eo casu valeat dispensatio episcopi, in matrimonio carnali non necessario, debet censeri idem posse dici in matrimonio spirituali necessario, cum de vno matrimonio ad aliud validum in iure fiat argumentum ✕ tex. est in c. quoniam frequenter § porro vt lit. non contest. bonus tex. in c. inter corporalia de trãs. epi. Nam in proposito etiam soli positiuo iuri non autem diuino derogatur. Status enim beneficiorum a iure positiuo est introductus Panor. in c. postulasti de rescrip. idem in c. episcopus de præbend. quibus addi potest gloss. fi. in Cle. 2ª. de elect. quæ dicit quod debẽtes ire ad vrbem pro confirmatione, etiam sede apostolica vacante tenentur accedere, hoc intelligi debet dicit eadem glo. nisi aliquo legitimo impedimento sint detenti quod in proposito maxime locum sibi vendicat vbi propter bella horrida, cladem vrbis, & pontificis absentiam eius copia haberi non potest. Adde ad hunc octauum casum ea quæ cumulat Stepha. Aufrer. in repet. Cle. 1. de off. ord. 10. quæst. fol. 62. ibi finge enim difficilem, vbi fere verba Card. formalia recenset vide Calder. tit. de regular. cons. 20. circ. med.

✕ Adde tex. in c. cũ inter canonicos de elect. auc. nisi rogati & ibi per Cy. Salicet. & doct. C. ad Trebell. Ioã. And. in reg. sine culpa de reg. iur. lib. 6. & latissime apud D. præsidem de Middelburgo qui diserte cũ locũ deducit in loco a matri. carnali ad spirituale & econtra in loc. legal.

NOnus casus est bene notandus quia frequens quando exemptus contra iuris expressam prohibitionem clau-

destinæ

destinæ desponsationi ✱ celebratæ in loco non exempto præsumit interesse, quia talis per ordinarium in sua iurisdictione repertus puniri potest, priuilegio seu exemptione non obstáte Hostiens. & scribentes præsertim Præpos. Alexandri, in c. cum inhibitio penult. col, ibi quarto quæro de claudest, desponsat, vbi de exempto expressam mentionem in terminis facit.

✱ Adde ea quæ in Côc. Tridét. de claudestino matrimonio de nouo sunt statuta, non obstante priuilegio aut exemptione in contrarium Sess. 24. tit. de refor. cap. 10. Cum in oi delict, claudestinatio idem aggauet Hipol. de Mars. in rub. ff. ad leg. Pôpe. de particid. Bertach. in suo repert. in verbo claudestinatio.

DEcimus casus est quando religiosi quantumuis exempti, sine expressa parochialis presbyteri licentia, parochianos alienos ad matrimonij inchoati solennisationem admittunt, seu præsumunt matrimonia solennisare, quia eos poterit episcopus declarare & denunciare excommunicatos, & præcipere vt vitentur, cum sint vinculo excommunicationis a iure promulgatæ innodati, donec de absolutione a sede apostolica obtenta docuerint, & hoc quocumq; priuilegio non obstante tex, est in Cle. 1. de priuileg. Iste casus, multis poterit videri, tribus sequentibus côiungendus, cum in vno eodemq; tex. de eis métio fiat. Cæterum videns & experientia inquá noscés istum casum, plus cæteris, in diocæsi Morineñ præsertim, cui tanquam officialis principalis episcopi, annis fere duodecim prȩfui, frequentari, cum speciali expresione notandum duxi, & ab alijs separádum arg°. l. sed & si quis § quæsitum ff. si quis caut. vt ad ea quæ frequenter accidunt aptemus iura, quia quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter tangantur vidétur quasi neglecta l. item apud Labeonem § prætor ait ff, de iniur. l. et ita ff, naut. caup. stabular. Cum enim inter coniungendos aliquod suberat publicæ honestatis, affinitatis, consanguinitatis, vel simile impedimétum, ad aures proprij sacerdotis vel promotoris episcopi delatum, cuius occasione inhibitus fuisset ad vlteriora progressus, vetitaq; inchoati matrimonij solennitas, non obstante inhibitione, præfati coniungendi, amore mutuo flagrantes, ad locum exemptum, vbi nulla aût rara ordinarij reuerentia erat, protinus properabant, inhibita cônubia eorum, contubernia dixerim, solennisaturi, accepto etiam plerumq; religiosi exempti in cuius manibus côtubernium celebratum erat, chirographo, quod plerisq; suis autoribus nocuit, pœnam dic. Cle. expertis. Quid autem solennisationis appellatione hic veniat, vide per doct. in c. 1. & in c. vir autem de secund, nupt. c. capellanus de ferijs c. non oportet 33. Num. 18.

quæſt. 4. & dic quod de ſolennitate illa intelligitur, quæ poſt ſponſalia pridem contracta lapſis duobus menſibus vel minori tempore, ſecundum morem regionis in eccleſia fieri conſueuit, cum miſſæ propriæ celebratione, benedictione nubentium & reliquis id genus. Quæ quare fiant & tamdiu differãtur vide per tex. in c. inſtitutũ 27. quæſt. 2. in c. ex publico de cõuer. cõiugat.

Num. 19. VNdecimus eſt quando religioſus exemptus excommunicatos a canone extra caſus a iure permiſſos, ſeu priuilegia ſui ordinis aut a ſententijs per ſtatuta prouincialia & ſynodalia latis, ſeu a pœna & culpa quemq̃ abſoluere præſumit, quia eodem pacto ſicut in præcedenti dictum eſt ordinarius de exceſſu ſe informare, cognoſcere, excommunicationem publicare atq; denunciare poterit tex. in d. Cle. 1ª. de priuileg. Cuius effectus erit quod neq; prælatus delinquentis neq; alij eiuſdem cænobij religioſi poſt publicationem huiuſmodi, poterunt ei communicare, ſine minoris excommunicationis ſaltem metu, & denũciatus ſi per annum in excommunicatione animo indurato perſeuerauerit, & abſolutionis beneficium a ſede apoſtolica nõ obtinuerit, deponi poterit ab officio & beneficio, tex. eſt & ibi Archid. & Domi. in c. rurſus cum duobus ſequent. 11. quęſt. 3. Innocent. & Panor. in c. cum bonę de ętat. & qualit. no. in c. quęrẽti de offic. deleg. quod tamen intellige, quando talis denunciatus poſt pulicationem non celebrauit, quia ſi celebraſſet, ante anni lapſum, propter irregularitatẽ incurſam ex celebratione, bñficijs ſuis expectato dicti temporis lapſu priuaretur, no. Aut. in c. 1. cir. fi. de iud. in c. paſtoralis § verum de appellat. & hoc propter contumaciam & contemptum, præterea quia (vt inquit Panor. in c. 1. col. 9. de iud. iunct. gloſſ. in c. excommunicamus 1°. § qui autem de hæret.) non caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis, eccleſiæ cenſuras & mandata contemnens, poterunt epiſcopus & inquiſitor contra talem licet exemptum, & inſordeſcẽtem inquirere, ne neruus diſciplinæ eccleſiaſticæ corrumpatur c. excommunicatorum 23. quæſt. 5. c. cum inter vos de conſuetud. operabitur etiam declaratio iſta quod non obſtante appellatione quacũq; vitandus veniet excoĩcatus, licet enim regulariter excommunicatio, poſt appellationem interpoſitam inflicta, ſit nulla c. cum contingat de off. deleg. c. per tuas de ſent. excommu. tamen ſecus eſt in denunciatione nihil noui inducente, ſed quod a iure factum eſt declarante & detegente, l. hæredes palam § ſi quid

poſt

post ff. de testa, tex. est in alleg. c. pastoralis cir. fi. de appellat. i ud. Roma. cõs. 482. in final. verb. cum igitur excommunicatio, ipso facto a iure lata, appellationem delinquentis præuenerit in ipsa declaratione, appellans audiendus nõ venit, saltem ad hoc vt in appellationis prosecutione denũciatio reuocari possit per viam attemptati. Operabitur insuper quod celebrantes scienter coram tali denunciato aut eum ad sacraméta ecclesiastica admittẽtes, vel sepulturam, licet exempti fuerint, priuati sunt ecclesiæ ingressu, per tex. in c. episcoporum de priuileg. in 6. c. is qui de sent. excommunic. eodem lib. Ita quod si postmodum denuo vel iterato celebrauerint, efficientur irregulares alleg. c. is qui Calder. cons. 4. eodem tit. cum nullam potuerint censuræ tam solenniter publicatæ ignorantiá prætendere c. 1. de postul. præl. in auct. vt factæ no. const. cir. prin. collat. 5ª. Item talis denunciatus repellitur ab agendo, testificando, alijsq; legittimis actibus de quibus in c. decernimus de sent. excoĩcat. in 6°. Neq; poterit dici honesta persona cum ab ecclesia neutiq̃ toleretur Ant. in c. dilectus de purg. cano. Soz. cons. 45. in princ. quod nota qñ vellet in testem produci. Etiam non solum ab officio honorabili & publico repelletur, sed etiam a vili, quale est procuratorum officium Abb. in c. in pertractandis de iura. calum. Feli. in c. post cessionem de probat. & hoc vt facilius resipiscat c. pia de except. lib. 6.

DVodecimus est quãdo religiosi licet exẽpti sine presbiteri parochialis licentia speciali, sacramentum eucharistiæ vel vnctionis extremæ, clericis vel laicis ministrant, quia eo casu vt prædictum est tamdiu per episcopum poterunt excommunicati denunciari, donec de absolutione sedis apostolicę docuerint tex. est in alleg. Cle. 1. de priuileg. multum contra religiosos nostri temporis notandus qui sub religionis & sanctimoniæ prætextu, parochianos alienos ad se trahunt. Ad vnum tamen aduerte quod anteq̃ publicatio seu denunciatio excommunicationis, de qua sæpius prædictum est, fieri possit debet ordinario de facto propter quod excoĩcatio incursa est, legittime constare audiendo testes, inquirendo, citata parte gloss. in Cle. multorum in ver. constiterit de pœ. gloss. in Cle. præsenti in verb. constiterit de censib. & facta summaria informatione arg. c. cõsuluit de appellat. c. ad nostram 3. de iureiur. ita tenent expresse Card. & abb. in d. Cle. quod certe iuri rationiq; bene est conso- Num. 20.

num vt is qui talem publicationem, seu denunciationé faciẽdi potestatem habet, sibi a iure attributam, ne inconsulte proruat in ignominiam alienam, se posit debite informare c. ponderet l. distinct. etiam citata parte, priuilegio suo propter delictũ isto casu exuta & ex consequenti ordinarij coertioni subdita l. cui iurisdictio ff. de iurisd. oĩm iud. c. cũ Martinus de constit. c. prudentiam & c. præterea de off. deleg. pro inquisitione quæ extra iudicium fieri debet facit tex. in c. cum contingat de rescrip. de intellectu eiusdem Cle. vide Lap. allegat. cẽtesima incip. factum super quo, multum subtiliter & copiose tenẽtem quod religiosus ex probabili coniectura, ratus curatum perprius consensisse si prædicta sacramenta alieno parochiano administrat, præsertim in necessitate constituto, pœnam d. Cle. euadit, quod certe in casu ibi per eum posito locum bene habere poterit, propter verbum præsumpserit in d. Cle. positum (quod dolum & temeritatem importat, propriamq; autoritatem c, decernimus in ver. præsumant de iud. c. 1. & c. monasteria de vit. & honest. cler. c. cum laici de iur. patro. Alex. cons. 121. incip. scripsit ecclesiasticus col. 3. vol. 4.) quia tamen anteq̃ probabilis coniectura dici posit multa sunt necessaria consulit in eadem Cle. Card. satius esse religioso timoratæ conscientiæ abstinere quã se tanto periculo exponere aut in alienam messem falcem mittere Cle. pastoralis in fi. de re iud. c. venerabilem de elect. Nam sicut in foro contentioso iudex de alieno subdito se impedire non debet eum ligando vel absoluendo ita nec in pænitentiali Ioan. Andr. & Panor. in c. quod ãt de pœnit. & remiss. Pet. de Anch. in reg. ea quæ col. 6. de reg. iur. lib. 6.

Num. 21. DEcimus tertius casus est quando religiosi exempti nolũt decimas, ecclesijs parochialibus nõ exemptis de iure cõmuni debitas de suis prædijs ad solutionem decimarum astrictis soluere, quia eo casu episcopi de causa inter eos & curatos mouenda cognoscere poterunt & partibus iustitiæ complemẽtum exhibere tex. in c. statuto § diocæsani de deci. in 6. & ibi Archid. Ioan. Andr. Domi. & Philipp. Fran. idem expresse tenet Domi. cons. suo 72. incip. quia punctus iste examinatus est circ. fi. nu. 11. vbi latissime videri poterit quia cum sit quæstio de rebus non exemptis, ratione rei sortiuntur forum & examini ordinarij subijciuntur gloss. ord. in verbo debebit l. hæres absens ff. de iud. c. Romana § contrahentes de for. cõpet. lit. 6. notanter dicitur

dicitur de ecclesijs parochialibus non exemptis, quia si ecclesiæ parochiales essent exemptæ ☞ & religiosi contra quos ageretur exempti, & sic vtrobiq; partium concurreret exemptio, ordinarius profecto cognoscere non deberet facit tex. in c. si quis de maior. & obed. correctus nunc in terminis per Cle. 1. eod. tit. aduerte etiã quod in tali casu deberet ordinarius seruare formam Cle. dispendiosam de iud. Rot. in no. decis. 433. nec admitti debet compẽsationis exceptio gloss. in c. decimæ 16. quæst. 1ª. Lud. Roma. sing. 256. incip. an sit locus.

☞ Adde quod exemptio inducta in fauorem ecclesiæ, non comprehendit personas nõ exemptas delinquẽtes intra ecclesiam c. inter alia de immu. eccles. Pet. de Anchor. in repet. c. postulasti de for. compet. num. 115. col. 1ª.

IVxta præmissa quæri potest quis a decimis & decimarum solutione valeat eximere? certum est imperatores vel reges hoc non posse. Nam cum super spiritualibus disponere non valeant & decimæ sint egentium animarum tributa, spiritualiaq; iura, imperialis vel regia concesio quantumcũq; generalis neminem potest ab illarum solutione eximere, c. tua de deci. Innocent. Host. & Panor. in c. auditis de in integr. restit. Quid ergo de papa an posit, dic quod aliquos particulares clericos, religiosos, laicos vel alios eximere potest. in totum, vel in parte a solutione decimarum, sed non posset tollere in totum, sc3 quod nullo modo, vel quod ab omnibus decimæ non soluantur, quia immutaret vniuersalem statum ecclesiæ, quod papa non potest gloss. in verbo exemptus iunct. tex. & ibi per Abbat. c. a nobis de dici. Soz. cons. 297. incip. viso priuilegio cõcesso ordini 2ª. col. ibi quibus tamen non obstantibus &c. Ex quo inferri potest quod quando laici se dicunt a decimarum solutione exemptos oportet quod doceant de priuilegio papali cum temporis cursu se tueri non posint, ⁎ & ecclesia alioquin habeat intentionem suam fundatam, alias non obstante exemptionis allegatione, soluere compellerentur Barbat. cons. 49. col. 4. cir. fi. volu. 3. Quid si religiosi sint exempti a solutione decimarum an eorum coloni partiarij vel cẽsuales propterea sint exempti. Dic ponderanda priuilegiorum verba quæ si eximunt terras ab onere decimæ, coloni illas laborantes priuilegiorum sunt participes, ✱ si vero eximunt personas religiosorum tunc licet illi pro sua parte non soluant, coloni tamen pro sua soluent gloss. in verbo excolendas in Cle. 1ª. de deci. quam ibi Card. approbat 23. quæst. eam etiam sequitur & refert Panormit. in c. ex parte 1º. eod. tit. Soz. cons. 268. incip. eleganter & subtiliter discussa per totum, sicut etiam tenẽtur pro eorum parte ad collectas Feder. de Num. 22.

⁎ Attamẽ hodie ex cõstitutione ac ordinatione imperatoris prohibẽtur clerici decimas exigere nõ cõsuetas dari ab hinc 40. annis tit. de deci. fol. mihi 599. vbi eius quoq; interpretatio immediate subijcitur ac ita in praxi. obseruatur.

✱ Adde quod contrarium est verius vt supra late deduxi in 3a. quæst princip. nu. 7. in addit vbi videre licet per tex. in c. autoritate in fi vers. etiam si sint ipsis dicti hõnes censuales de

priuileg. lib. 6. & ita quotidie practicatur, contrarium vero asserentes loquũtur de seruis aut alijs hominibus qui dño acquiruntur dispar vero ratio datur in ijs qui sibi acquirũnt, reliqua q̃ ad huius faciunt decisionẽ prosequere in d. 3ª. quæst. prin. nu. 7. in addit. item apud Nicol. Festasiũ in tract. de æstimo & collect. folio 97. nu. 43 cũ seq. ibi pulcherrime prosequitur.

de Sen. conſ. 11. col. 4. cir. med. ibi item quæritur an rustici & coloni. Cum enim priuilegium sit contra ius commune & tertio præiudicet, stricta interpretatio fieri debet, & non extendi de persona in personam c. ex multiplici c. licet c. dudum cum ibi not. tit. pręalleg. de deci. Et licet dici posſit quod quando dominus est a decimarum solutione exemptus non tenetur seruus de lucratis per eum vel dominus de eodem lucro decimam soluere, hoc tamen non obest, quia seruus domino acquirit, secus de colono Panor. in c. veniens 2. col. ibi not. hoc vltimum de transact.

Nu. 23. ac 24.

QVanto autem tempore perdatur priuilegium prædictum de non soluendis decimis? Dic quod quadraginta annorum spacio tex. & gloss. in ver. per 40. annos & ibi scribentes in c. accedentibus de priuileg. vbi Innocent. cir. princip. dicit notabile verbum in hac materia. Quod licet monachus exemptus etiam de scitu conuẽtus, decimam soluerit, attamen talis solutio exemptioni decimarum non nocet, ☞ cum præsumatur facta ob litiũ execrationem Feli. in c. 2. cir. princip. de præscript. facit tex. cum gloss. in verb. laudabile c. 2. § fi. de verb. signif. lib. 6. & monachus eo casu ecclesiæ non posſit parare præiudicium, secus si esset persona quæ hoc posset, prout dicitur de exempto a tallijs & collectis qui patitur se describi in libro grauaminum & non appellat quia per talem patientiam etiam vnico actu exemptionem suam perdit cum sibi ipsi posſit pręiudicare Angel. in l. 1ª. § si quis tutor ff. quando appell. sit Andre. de Barut. in l. 1ª. C. de his qui spon. pub. lib. 12. Feli. in c. cum accesſissent. 11. col. ibi tertia regula de cõstitut.

☞ Adde Di. in reg. delictum personæ de reg. iur. lib. 6. cum ibi not. vbi dicit quod factũ personæ non debet in caput ecclesiæ cedere & hanc quęst. in forma tractat. Alb. in l. 1ª. § si ff. de aq. plu. arc. nu. 6. & concludit vt hic in tex. negatiue addit roẽm quia præcario posſidentes non præscribunt l. male C. de pręscrip. 30. anno. & cõs vt hic precario posſidere ex mera voluntate abbatis scientis, demum hæc prestatio non habet causam perpetuam vel quasi & propterea non præscribitur nisi tanto tpẽ cuius memoria non extat l. foramẽ de ser. vrb. l. seruitutes ff. de seruit. Hæc ille.

Num. 25.

VLtra præmissa dubitatur an papa posſit eximere monachos a solutione decimarum alicui laico debitarum? ✠ Et videtur prima facie dicendum quod non, cum papa se non debeat impedire de rebus laicorum ad eum non spectantibus c. nouit de iud. c. per venerabilẽ qui fil. sunt legit. Tu dic contra quia decimæ sunt res spirituales olim ab ecclesia laicis concesse ad forum ecclesiastici iudicis spectantes, in quibus papa adhuc potestatem habet, voluntate igitur concurrente valet concesſio ita te-

✠ Adde id decisum per Rot. in no. decis. 46. vide Rebuff. in tract. congr. port. nu. 47. 48. & 55. Chassa. conſ. 45. Rebuff. ad constit. reg. vol. 1. tit. des sent. prouis. articulo 31. in fi. Feder. de

ita tenet Iason conſ. 93. incip. in cauſa venerabilium 1. vol. per tot. an monachi a decimarum noualium ſolutione ſint excepti vide per Panormit. in c. dilectus nu. 6. de ſequeſt. poſ. & fruct.

ſe. conſ 145. inq uirẽdũ quoq; erit ac conſiderandum nũ talis cõceſsio decimarum infeudatarũ a ſummo põtifice facta ſit titulo oneroſo, ob benemerita & in remunerationem, nam cum iure naturali contractibus ſtare obligetur, non ſine vrgenti ratione, vt puta ſi curatis aliunde de congrua portione prouidere nequit, aut ſimili iuſta cauſa, eam immutare aut diminuere poterit & neceſſe erit vt tunc huius derogationis expreſſam faciat mentionẽ vt diſerte tradit Iaſon cõſ. 93. vol. 1. Alex. de Imol. eleg. conſ. 216. nu. 13 & 22. vertic. quia rũdeo lib. 2. Zoſ. conſ. 4°. num. 6. vol. 1. per c. ſuggeſtum de dec. c. quid per nouale ex. de verb. ſig c. videntes 12. q. 1ª.

DEcimus quartus eſt quando exemptus, cuius fuga veriſimiliter timetur, magnum aliquod vel enorme crimen commiſiſſet, quia poterit per epiſcopum capi & carceri mancipari iudici ſuo poſtmodum reſtituendus tex. eſt in au. de defe. ciuitat. § audient collat. 3. ad hoc per Panormit. allegatus in c. licet 5. col. de for. compet. quem ibi ſequitur. Feli. Stepha. Aufrer. in repetit. Clement. 1ª. de off. ord. quæſt. 10. fol. 60. Ratio prædictorum eſſe poteſt quia cum reipub. interſit maleficia impunita non remanere l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. l. ſi lõgius § 1. ff. de iud. & ne per fugam criminoſi eludant iudicia, & impunitatem aſſequantur, quia abſens nemo damnatur l. abſentem ff. de pæ. l. 1. cum ſimilibus de requir. reis, ſequitur quod fauore iuſtitiæ liceat ordinario fugitiuum exemptum apprehendere, nam hoc videtur priuatę perſonæ permiſſum, quando læſa, veretur lædẽtem fugere poſſe, non facta reparatione, gloſſ. notab. in l. nullus C. de iudæ. Pet. de Anchor. conſ. 439. vbi circa finem dicit quandoq; ab executione eſſe incipiendum licet hoc regulariter prohibeatur c. conquerente de reſtit. ſpol. l. nimis propere C. de execut. rei iud. idem in creditore, cui licet debitorem fugientem apprehendere l. ait prętor § ſi debitorem ff. quæ in fraud. credit. gloſſ. in § 1°. inſtit. de act. in verb. in iudicio reputata ſingul. per Bald. & Angel. ibi, gloſſ. in verb. detimere § neceſsitatem in aut° vt iud. ſine quoquo ſuffrag. collat. 2. c. vni. in prin. iunct. gloſſ. in verb. poteſtatem dę pac. iura. fir. Simile in iudice laico, valente apprehendere clericũ alias a ſua iuriſdictione exemptum, repertum in flagranti crimine vel fuga vt eleganter tenet Panormit. in c. cum non ab homine de iud. Iaſ. in alleg. § 1. de act. Bart. in l. ſi quis in ſeruitute ff. de furt. Bald. in l. ſi qua per calumniam C. de epiſcop. & cler. Pet. de Anch. in regula ea quæ quæſt. 20. de reg. iur. lib. 6. Num. 26.

Num. 27. PRædicta autem quod exemptus fugiens capi poſsit per ordinarium, limita procedere, quando iudicis ſui haberi copia non poſsit vel, nõ commode, quin interea elaberetur, quia cum regulariter captio exemptorum ſit ordinario interdicta Cle. 1ª. § 1. & ibi per Card. de cenſ. Paul. de Leazar. in c. ſi clericos de ſent. excommunicat. lib. 6. Guid. Papæ ſing. 492. ſi poſſet haberi copia proprij iudicis, ordinarius in capiendo, & capto & iudici proprio iniuriã irrogaret, tex. eſt in l. generali ibi ſi prȩſidis copia deſit C. de decur. lib. 10. ita declarãt Bart. & Bald. poſt Azo. in l. 1ª. C. vbi de crimi. agi. op.

Num. 28. DEcimus quintus caſus eſt quando negligẽtia vel malicia delegati papæ, cognoſcentis de crimime alicuius, criminoſus perſeuerat in peccato, quia eo caſu ordinarius poterit ſupplere & punire talem criminoſum, non obſtante, quod de cauſa delegatus cognoſcere inceperit, & per conſequens quod criminoſus quantum ad illam cauſam ſit a iuriſdictione iudicis ordinarij exemptus, de hoc eſt tex. ad literam in c. ſignificauit de off. ord. quem ibi in propoſito reputat ſingularem Panormit. gloſſ. in verb. paſchalis in c. cum venerabilis de præſcript. Nec obſtat quod de cauſa delegata ordinarius tanquam inferior ſe intromittere & impedire non debet c. adhæc c. vt noſtrum de appellat. c. ſtuduiſti de off. leg. quia hoc non habet locum vbi vertitur periculum animæ & iudex eſſet negligens, per hoc faciens litem ſuam c. dñs noſter 23. quæſt. 2ª. c. qui ſine peccato 3. quȩſt. 7. l. ſi. appellationem C. de appellat. gloſſ. in c. cum ſit generale de for. compet. cum ſimil. Secus autem eſſet dicendum ſi cauſa eſſet pecuniaria quia data negligentia delegati, de ea eſſet papæ conquerendum vt per Hoſtienſ. & Panormit. in prælleg. c. ſignificauit. Fortius ibidem dicit Panorm. quod ſi in diocæſi epiſcopi aliqui in gradibus prohibitis contraherent ſuper quibus papa diſpenſare non poteſt c. propoſuit & ibi per omnes de cõceſſ. præben. Si papa ſcriberet epiſcopo quod permitteret taliter coniunctos in eorum matrimonio perſeuerare, tacite cum eis diſpenſando, epiſcopus talibus literis parere non teneretur arg. c. ſi quando de reſcrip. & poſſet dictis literis non obſtantibus taliter coniunctos ſeparare & in eos ſi diuertere recuſarent, viæ iuris ad excommunicationem aut alias iuridicas & legitimas cenſuras procedere quoniam deo prohibenti potius quã papæ permittenti parendum eſt, c. qui reſiſtit c. ſi dñs c. Iulianus 11. quæſt.

quæst.3. Aduerte tamen quod ordinarius isto casu ad correctionem criminosi procedere non poterit, nisi delegato prius & iuridice monito quod procedat, & criminoso etiam præmonito quod litem prosequatur, propter theor. Innoc. in c. extirpandæ § quia vero de præbend. quam sig. & nota. reputauit Card. cons. 50. & Philipp. Dec. cons. 129. cir. med. 3. col. Bald. in aut. hoc amplius col. 4. C. de fidei cōmiss. Bal. & Imol. in l. si mora ff. solut. matri. tradit Alexand. in l. ita stipulatus col. 5. de verbor. oblig. vbi cauetur quod qñ tempus alicuius actus expediendi non est a iure vel ab homine præfixum, ad conuincendam eius negligentiam, qui actum gerere tenetur præambula monitio requiritur, & præfixio certi & competētis termini, intra quem actum expediat, facit tex. in c. si caplo de concess. præbend. in 6. Rota decis. 528. in antiq. cū ergo tex. noster negligentiā vel maliciam requirat, debet intelligi de probata, ꝑ supra dicta, monitio nāq; debet præcedere vindictam c. sacro de sent. excō. demum attendendum est ꝙ licet hoc casu malicia & negligentia æquiparentur, hoc tamen debet limitari quoad effectum supplendi negligentiam, non autem ad pænam inferendam negligenti iudici, c. nihil est de elect. c. ad falsariorū de crimi. fals. c. quanq̄ de elect. lib. 6.

DEcimus sextus casus est qñ exemptus productus in testē coram ordinario falsum deponit, quia hoc casu pro crimine falsi in præsentia iudicis ordinarij commisso, non obstāte exemptione, per ipsum ordinarium puniri poterit Salic. in l. nullum C. de testib. quem sequitur & refert Ioan. de Ana. in c. 1. col. 1. de crimi. fals. facit tex. in l. 1. ff. si quis in ius voca. Stepha. Aufrer. in repet. Cle. 1. de off. ord. 4ª. quæst. princip. num. 9. ibi queritur vtrum iudex laicus Abb. in c. verum col. 4. de for. compet. Ioan. Francisc. de Ripa in c. decernimus 17. quæst. de iudic. Num. 29.

DEcimus septimus quando quæstores quantumcunque exempti vel priuilegiati, quæstibus faciendis se ingerunt, sine literis papæ vel ordinarij, aut qñ prædicare attentant, aut extra literarum suarum contenta, indulgentias pronūciant indiscretas, quia eo casu ordinarius de eis potest sumere pœnas, & in eos pro qualitate abusus animaduertere tex. est in Cle. vnica § fi. de pœnit. & remiss. qui facit ad declarationē cōcilij * positi in c. cum ex eo eodem. tit. in antiq. vbi forma literarum apostolicarum, Num. 30.

* Adde quod hodie quæstores exstatutō concilij Tridentini.

pœnitus remouĕtur Seſſ.21.cap.9.

licarum, quæſtoribus concedi conſuetarum, pro ordinariorũ inſtructione ad longum ponitur facit tex. in c. vt officium § compeſcendi de hæret.lib.6.neq; aliquo priuilegio ſe tueri poſſunt cum abutantur eo & ex conſequenti indignos ſe reddant c. poſteaq̃ 25. quæſt. 2.11.q.3.cap.priuilegium c.tuarum de priuileg.& ibi per Panor.c.ſuggeſtum de deci. An autem a curatis inuitis debeant recipi hoſpitio, an ferias populo indicere poſsint eo die, quo indulgẽtias ſuas publicare intendunt,an etiam populum cogere poſsint per cẽſuras, ad intereſſe exhortationibus ſuis,vide per Speculat.tit.de pœnit.& remiſſ.in prin.vbi concluſiue tenet quod non,quem ſequitur Ioan.Andr.ibi in addit. Ex præmiſsis poteſt inferri quod poſteaq̃ quæſtores puniẽdi a iure epiſcopo eſt cõceſſa facultas, & arbitrium, qualitate facti & perſonæ conſiderata, poterit eos incarcerare,excoicare, & caſtigare prout expediens viſum ſibi fuerit Bart.in l.fi.ff.vbi pupill.educ. deb. Innoc. & Abbas in c. ex lris de conſtitut. Imol.& Ana.in c. inquiſitionis in princ.de accuſat.c.per venerabilem qui fil. ſunt legitt.c.1.de homic.cum ſimilibus.

Num.31.

☞ Adde ea quæ ad hæc optime ſunt determinata in conſil. Trident. Seſſ. 7. cap. 14. Seſſ.22.cap.8.& 9. Seſſ.25.cap.8.

DEcimus octauus eſt qñ rectores ☞ non religioſi hoſpitalium, leproſariarum,eleëmoſynariarũ,aut xenodochiorum domuum bona,ab iniuſtis poſſeſſoribus detenta repetere neggligunt, aut loca ipſa permittunt ruinis deformari, vel prouentus earũdem,non in vſus deputatos, ſed proprios ac vetitos conuertunt, quia quantumcunq; exempti fuerint, ſi a ſuis immediatis ſuperioribus non corrigantur, ordinarius debebit negligentiam & abuſus prædictos ſupplere,& per cenſuras cogere, al iaue iuris remedia dictos rectores ad debite adminiſtrãdum, & rationem reddendam, tex. eſt.in Cle. quia contingit de relig. domib.& ibi per Card.& Abbat. facit tex. in c.ſi quis omnem 1. quæſt. 7. Cy. in l.orphanotrophos C. de epiſcop. & cler. in aut. de ſanctiſſ.epiſcop. § æconomos collat.9.Soz. conſ.213.Et ratio eſt quia cum dicti hoſpitalium rectores, tutoribus æquiparentur & ſic contrahere & adminiſtrare poſsint Soz.conſ.181.no. in alleg. l. orphanotrophos, domos certe deſtruerent & ſinerent labi,niſi ordinarij cura interueniret. Quæ vero ſint alia iuris remedia, de quibus ꝰ. dic vt in alleg. Clement. per Card. quod eſt inuocatio brachij ſæcularis,multæ impoſitio, l. 1. ff.ſi quis ius dic. non obtemp. extraordinaria punitio, inquantum æquum fuerit

fuerit visum, l. licitatio § quod illicite ff. de publ. & vect. & cōmi. l. a diuo Pio ff. de re iud.

SEd an præmissa intelligi posśint de hośpitalibus autoritate epi non cōstitutis, dubium erat, quia licet prophana, tamen quia deputata ad hośpitium & receptionem pauperum dicuntur loca pia, casus est in c. 1°. § deinde iunct. gloss. in verbis pia loca de cēs. lib. 6. Innoc. in c. dilecta de excess. prælat. Ioan. Andr. in c. requisisti & in c. Ioannes de testamen. a iure permissa Bart. in l. 1. § sed religionis ff. de colleg. illi. Idem in l. 1. circ. prin. ff. quod cuiusq; vniuers. no. statutis seu legibus secularium non subdita c. non minus de immu. eccles. Soz. cons. 247. libera a tributis c. sancitum 23. quæst. 8. ita quod relicta talibus locis, dicuntur habere fauorem piæ causæ, Specul. tit. de instru. edit. § nunc aliqua vers. & scias quod in relictis Bald. in aut. similiter C. ad leg. Falc. de quibus quarta canonica nō detrahitur c. conquerēte de off. ord. Card. cons. 121. Ang. cons. 117. & per rescripta papæ vel principis, priuilegijs eorum non censetur esse derogatum, nisi facta de eis mentione speciali. Paul. de Cast. cons. 278. vol. 1. l. priuilegia C. de sacros. eccles. per quæ oīa videbatur dicendū quod alleg. Clement. non solum locum haberet in locis & hośpitalibus constitutis autoritate epi, sed etiam in prophanis, cū vtrobiq; eadem ratio militet pro religione, ergo idem ius sit statuendum. Num. 31.

ATtamen præmiśsis non obstantibus contrariam sententiam de iure crediderim veriorem, per ea quæ adducit Alex. cons. 120. 1°. vol. per gloss. in c. quidam monachorum 18. q. 2. Ioan. de Imol. in c. officij char. antepenult. de testa. Calder. cons. 4. de relig. domi. latiśsime Feli. in c. de quarta de præscipt. & ratio esse potest, quia cum talia loca & hośpitalia quantumcunq; pia, prophana censeantur & non religiosa Paul. de Cast. cons. 167. Incip. præsupposita pro vera in 2ª. parte, & rerum prophanarum curam gerere non debeat episcopus, ne promiscuis actibus rerum, turbentur officia, l. consulta diualia C. de testa. Oldrad. cons. 83. æquum est quod talibus abstineat, relinquens laicos pro eorum arbitrio pietate sua vti, nisi quando ita euidēter & inutiliter bona talium hośpitalium diśsiparentur, quod vnicuiq; bono ciui resistere liceret tex. in aut. de ecclesiast. titu. § si autem locorum collat. 9. Num. 32.

Num. 33. NOuendecim casus in quibus hospitalia ecclesijs parificantur vide per Feli. in alleg. c. de quarta, vbi etiam tenet quod reseruatio papæ facta de beneficijs vacantibus in curia, ad hospitalia nõ extenditur, idem de impositione decimę papalis, quodq; priuilegium de recipiendis fructibus primi anni beneficiorum vacaturorum hospitalia non compręhendit. Adde quod hospitalia certum tempus a iure præfixum non habent, intra quod eorum gubernatores debent assumi, sed superior potest certum terminum assignare, quo elapso, si ille ad quem prouisio pertinet negligens fuerit, superior committet, Freder. de Senis tract. de permutat. quæst. 29. Vnum etiam in hac materia, est tenaci memoriæ commendandum dict. Calder. tit. de relig. domib. consil. 10. vbi tenet quod licet testator vetuerit, hospitale suo iussu ędificandum, episcopo sub esse nihilominus locus ille præter testatoris voluntatem religiosus erit & ordinario subiectus, alleg. c. de xenodochijs eod. tit. in antiq. Nam testator facere non potest quod leges in testamento suo locum non habeant c. requisisti de testa. l. nemo potest ff. de legat. 1°. Sed hoc credo duntaxat locum habere posse quando simul cum ædificatione hospitalis testator ordinaret, sacerdotem aliquem loco præfici, aut quod in negligentia hæredum, episcopus deberet hospitale curare ædificari vel quid simile adijceret sapiens signum religiosæ domus, sicut sunt campanæ appensio, celebratio missarum & alia de quibus per Calder. eod. tit. de relig. domib. cons. 4. alias enim episcopo non subijceretur præter testatoris voluntatem vt eleganter voluit Card. cons. 11. Incip. quædam societas pro hospitali sanctæ Mariæ de cepopistorij, dicens quod quando construitur oratorium mere seculare sine aliqua ecclesiæ vel loci sacri figura valet pactum fundatorũ quod epo non subsit, faciũt not. per Lap. alleg. 42. incip. quęritur de tribus not. gloss. in d. Clement. quia contingit & ibi Abbas, Imol. in Cle. 1ª. penult. col. vers. sed an charitati nu. 60. de iur. patro. Feli. in c. cum inter col. 2. de re iud.

Num. 34. DEcimus nonus est vbi religiosæ exẽptæ quæ immediate sedi apostolicæ subsunt, & nulli alteri, visitationem ordinarij in ipsas aplica autoritate sibi a iure tributa factam, recipere recusant, habitu indecenti contra ordinarij autoritatem & præceptum abutentes, quia non obstante quocunq; exemptionis priuilegio ordinarius eas visitare poterit, ius procurationis exigere

exigere & eas cogere iuris remedijs ad honesti habitus susceptionem atq; vsum, & ad seruãdam disciplinam regularem idem in mulieribus vulgariter dictis secularibus canonicis, vt si nulli preterq̃ summo pontifici subsint ab ordinario possint visitari * tex. in Cle. attendentes de stat. monach. Alber. in dict. Cle. in verbo religiosus § quid de conuentibus quarumdam mulierũ. Sed hanc facultatem non habet cãplm ecclesiæ cathedralis sede vacante, licet in iurisdictione ep̃o succedat Feder. de Se. cõs. 291. incip. dñe mi, vbi rationes adducit. An autem ordinarius possit abbatissas dictorum locorum cõtra præmissa delinquentes destituere? Dic quod non, gloss. est in alleg. Clement. in verb. compelli, quam sequũtur Card. Paul. de Leaz. & Abbas, rationem assignantes quia in proposito, ordinarius tanquam delegatus a iure procedit, & delegatus non habet potestatẽ priuãdi bñficio nisi ei specialiter & expresse committatur, igitur priuare vel destituere non poterit c. penult. de off. vic. lib. 6. not. Innoc. & Hostiens. in c. quęris de ætat. & qualit. c. dilectus de rescrip.

* Idipsum statutũ est in concilio Tridentino vt monasteria sanctimonialiũ & si exempta in posterum debeant visitari & gubernari per ordinarios locorum Sess. 25. cap. 9.

Circa præmissa de eleganti & quotidiana quæstione queri potest. An subditus episcopi, visitans moniales exemptas, in earum monasterio exempto, ligetur statuto ep̃i, puniente visitantes moniales. Istam quæstionem tractant Ioannes And. in c. vt animarum de constit. lib. 6. Calder. tit. de for. compet. cons. 13. Feli. in c. fi. eod. tit. in antiq. And. Barbat. cons. 4. incip. scribitur primo regum col. 4ª. ibi capio secũdum articulum in 1. vol. Ant. de But. in c. fi penult. char. de consuetud. Bart. & Alexand. in l. si conuenerit § si nuda ff. de pig. act. vbi tenent resolutiue quod non, quia effectus statuti non extẽditur extra territorium statuentis sicut nec sententia l. cum vnus § is qui ff. de bo. aut. iud. possid. l. relegatorum ff. de interd. & releg. sed exemptus locus, non est de iurisdictione ep̃i c. luminoso 18 quæst. 2. Clemẽt. archiep̃o de priuileg. ergo &c. faciunt not. Ioan. Andr. in Cle. 1ª. de for. compet. iuncta. gloss. in verbis quia nomine, vbi æquiparant locum exemptum, loco extra diocæsi sito, modo sic est quod si subditus episcopi deliquisset extra diocæsim, statuto ep̃i non ligaretur l. fi. ff. de iurisd. oim iud. per consequens nec ligabitur si delinquat in loco exempto, cum a pari procedant nam statutum generaliter loquens non extenditur ad loca exempta vel personas Soz. cons. 74. col. 4. vers. primo quia statuta, & persona exempta & extraneus æquiparantur Soz. in eo. cons. col. fi. Num. 35.

cir. prin. ad idem facit tex. de regular. c. 1. lib. 6. & d. Clement. archiepo, in quibus prohibetur episcopo aliquid attentare in locis exemptis vltra quam a iure ei est cōcessum, item facere statuta est iurisdictionis cōtentiosæ l. 1. ff. de iurisd. oīm iud. not. in l. 1. ff. ꝙ quisq. iur. sed ea quæ sunt iurisdictiōis cōtentiosę non debet episcopus explicare in loco exēpto, c. cum eps de off. ord. lib. 6, optime facit c. vt animarum præalleg. vbi dicit quod extra territorium &c. & non dicit extra diocæsim, nec potest exponi territorium i. diocæsis Cle. ne Romani § sane de elect. vbi est speciale quod territorium pro diocæsi sumatur, ergo in contrarium est ius commune l. ius singulare ff. de legib. Et sicut sentētia viua epi non posset ferri contra existētem in loco exempto, ita nec statutum poterit ibi effectum suum porrigere infligēdo pænam quia æquiparantur sententia hois & snia legis l. seruus hac lege ff. de manu. per quæ oia sufficienter probata videtur ista pars.

Num. 36. IN cōtrarium autē quod ligetur, tenet Domi. in c. 1°. de stat. regular. § fi. lib. 6. Freder. de Se. cons. 2°. & 99. Ratio quia ecclesia exempta, intelliguntur exempti clerici & conuersi eiusdem ecclesiæ non āt presbyter parochialis & alij qui subsunt epo c. per exemptionem de priuileg. lib. 6. & ideo dicitur in c. 1. eod. tit. quod adhoc vt delictum commissum in loco exēpto non possit puniri per diocæsanum requiritur quod sit commissum ab exempto quare &c. Præterea eps habet autoritatem statuendi etiam statuta pænalia intra suam diocæsim c. si quis de maior. & obed. c. cum contingat de for. compet. Sed negari non potest locum exemptum esse in diocæsi c. cum eps de off. ord. lib. 6, vt latius infra dicetur igitur &c. itē si subditus qui in loco exēpto deliquit, de delicto inquisitus vellet allegare priuilegium loci exempti, ius tertij allegaret, & non proprium, quod non potest l. cum seruum C. de ser. fug. Compostella. in c. mādatum de rescrip. Bart. in l. qui cum hærede ff. de execut. rei iud. Nec verum est quod locus exēptus sit diocæsis de per se, quia si hoc verum esset, anteq̄ eps in tali loco pro tribunali sedere posset, deberet requiri consensus superioris dicti loci sc; papæ, quod tamen verum nō est quia solus abbas hoc permittere potest c. luminoso præalleg. Item exēptus ordinario loci non posset se submittere c. significasti de for. compet. cuius tamen contrarium verum est prout not. Archid. in c. 3. de tempor. ord. lib. 6. c. de monialibus de sent.

de ſent.excoĩcat.c,1.de off.leg. Quid dicendum?

PRo concordia diſtingue prout formaliter declarat Pet. de Anch, in repet. c. poſtulaſti in 4. quæſt. de for. comp, vbi hanc queſtionem ad ambas partes ample examinat rationibus antedictis, quod aut prælatus exemptus habet iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in loco exempto, & tunc vera ſit opi. Ioan, Andr. & ſequacium,aut non habet talem iuriſdictionẽ tũc vera ſit opi.Feder.de Se,Vel dic & melius,meo iudicio,quod attẽdenda ſunt conſtitutionis verba, vt ſi dixerint quod euntes ad monaſteria monialium,puniantur aliqua pœna,tunc epiſcopus illam infligere poſsit,cum actus eundi ad locum vetitum,in loco iuriſdictioni ſuæ ſuppoſito,cõmiſſus,hoc caſu puniatur, ſi vero conſtitutio dicat quod viſitantes tales moniales puniãtur, cum delictum prius conſummatum non ſit, quam vbi delinquens ingreſſus eſt, cœnobium & moniales viſitat, & per conſequens extra territorium ſtatuentis fuerit, conſtitutio eum non ligabit not.Bart.& Bald.in l.fi.C.de pact.Pet. de Anchor,in repet,c, canouim ſtatuta in 11. quæſt. prin. col. 36. ibi ad idem quæritur de conſt: t.vbi dicunt quod ſtatutũ continens quod monaſterium ingreſſus non ſuccedat,eſt nullum, vtpote diſponens ſuper perſona exempta eccleſiaſtica & iam dicata deo, ſecus autem ſi ſtatutum diceret quod ingrediens monaſteriũ non ſuccedat, quia cum eo caſu circa clericum nõ diſponat ſed circa laicum adhuc ingredientẽ,valeret,Bald.in l, deo nobis cir. fi. ibi ſed hic quæro C. de epiſcop. & cler. Iſta diſtinctio probatur per tex. in ratiõne ſui in l. Stichus ſeruus meus ff. de manumiſſ. teſt. vbi dicitur quod datio libertatis in id tempus quo ſeruus alienus futurus eſt,nõ valet,ſimilẽ diſtinctionẽ fecit Innoc, in c. præterea requiſiſti de appellat, l. Arethuſa ff. de ſtat. homi. de quo vide Math. notab. 145. Pet. de Anch. in conſ. 108. Incip. in paucis, eundem conſ.273,incip.pro & contra Alex.conſ.282.cir.fi. vol. 2. & Iaſ. in prælleg. l. fi. C. de pact. tenentem contra Bart. tutius tamen eſt ſequi Bart.cuius opi. vſus comprobauit idem Bart, conſ. 37. incip.quidam cola pauli. Num, 37.

VIgeſimus eſt quando non obſtante quacunq; exemptione epiſcopus in quocũq; diocæſis ſuæ loco licet exẽpto, poteſt benedicere,diuina audire,illa per ſeipſum in pontificalibus celebrare,vel per aliũ celebrari facere tex,eſt in Clẽ.archiepõ Num. 38.

verſ,

vers.simili modo concedimus de priuileg.& ibi per Card. Nam cum locus exemptus sit in diocæsi episcopi & per præmissa grauamen exemptis non inferatur,imo potius honor,cum eps eorum loca sua præsentia illustrat, debent exempti circa præmissa episcopo deferre ob eius supremæ dignitatis reuerentiam. Sed quæritur si episcopo vt præmittitur celebrante fiant aliquæ oblationes, ad quem illæ debeant pertinere istam questionem ad partes ambas disputauit Ioan.de Imol.in alleg.Clement.& finaliter concludit quod spectent ad epm, sed contrarium ibidem tenuit Card. in 8.quæst. quem sequitur Feli. in c. dilectus col. 2. vers.& adde quod si archieps. de off. ord. quia cũ celebratio loca epo permittatur,& oblationes sint iuris parochialis,ad curatum vel abbatem potius quam ad episcopum spectare debent.

Num. 39. SEd quæritur quonam pacto cogi poterũt exempti ad recipiendum episcopum ad celebrationem in ecclesijs suis si parere recusant? Dic vt per gloss.in verbo coerceri in Clement. dudum de sepultur. quod in hoc Clementina ista est diminuta, quod pœnam vel illius modum non statuerit,vel dic quod adeundus est superior vt eos cogat ad parendum iuri, antedictas epis prærogatiuas concedẽti arg.c.1.de verb.sig.lib. 6. Vel possent episcopi eos cogere per indirectum, reuocando casus episcopales quibusdam permissos, & indulgentias eis concessas, vel præcipiendo populo ne ad eorundem exemptorum loca accedat donec paruerint.ista consuluit Card. in Cle.1.cir. prin. col.5.de off.ord.Arch.in c.post miserabilem de vsur.& c.de terris de deci.

Num. 40. AN autem verum sit quod locus exemptus sit in diocæsi vel de diocęsi vide late per Feder.de Se.cõs.2.per tot.Cosmam Guimier comment. prag. de annat. § Item quod ratione in vers.in diocæsi,gloss. optimam in Clement.1. in verb. aut earum de for.comp.Mil.in repertorio in verbo diocæsis § 4.Bald. in cons. 426. incip. Rex Romanorum in 1ª. parte vbi dicit quod verbum generale diocęsis compręhẽdit quidquid est intra fines ita quod nullus locus excipitur Collect. in c. si proponente de rescript.Panormit.in c.apostolica 3.not.de donat. Paul.de Cast. cons.187.incip.notandũ est quod ista 2.vol.Ang.cons.133. incip. quædam dña Margareta Iason in l.extra territoriũ vers. extende regulã nu.5.ff.de iurisd.oĩm iud.copiosissime per Feli.in c.graue de off. ord.in prin. vltra omnes præallegatos materiæ nucleum attingentem

attingentem vbi resolutiue dicit & veritas est talis, quod locus exemptus est in diocæsi, quia intra limites, & est de diocæsi, quia in multis casibus episcopo subest, nulla facta differentia inter de, & in, sequutus Innocent. prędictam differentiam reprobantem in c. abbatem de rescrip, Bene verum est quod locus exemptus non est de iurisdictione diocæsis, sed tamen est in diocæsi, ex quo infert Abbas in Cle. 1. in gloss. verb. primi anni de excess. prælat. Quod priuilegium epo concessum, de percipiendis fructibus primi anni, beneficiorum vacaturorum in sua diocæsi, comprehendit beneficia spectantia ad exemptos, alias non exempta, secus autem esset dicendum si essent exempta, Archid. in c. si propter tua debita de rescrip, lib. 6°. Rot. in antiq. decis. 269. Incip. nota quod si ex priuilegio cir. fi. quia in generali sermone non comprehenduntur Bald. in l. 1ª. penult. colum. C. de furt. arg. l. legatorum § qui plures ff. de leg. 2. nec tenentur ad decimas papales iniunctas vniuersitati arg. c. ex multiplici de deci. Angel. in l. fi. C. si. cens. vel reliq. Paul. de Cast. cons. 187. Incip. notandum est ista imperialis vol. 2. Guimier tit. de annat. in gloss. super verb. in diocæsi. Et quod locus exemptus sit in diocæsi etiam suadet cōis loquendi modus in materia ista attendendus c. ex literis de sponsalib. nam communiter dici non potest nullius diocæsis, cum ergo non sit alienæ, consequens est vt censeatur esse de diocæsi in qua situs est.

Vigesimus primus est in falsario literarum papę, quia cum degradari debeat c. ad falsariorū de cri. fals. & ibi late per Innocent. Hostiens. & Panormit. & solus eps possit degradare; non ãt alius inferior c. degradatio de pæ. lib. 6. & ibi per doct. tali casu eps in exemptum cognoscet, idē in alijs criminibus actualem seu solennem degradationem requirentibus Ioan. de lig. in c. ne in agro de stat. monach. Panor. in c. cum contingat 6. col. cir. med. de for. compet. Num. 41.

Vigesimus secundus, tertius, & quartus sunt quando exēptus delinquit vel contrahit in loco nō exempto aut litigat pro re non exempta, quia non obstãte exemptione, poterit pro tali delicto contractu vel occasione talis rei coram ordinario conueniri, & respōdere ibidem tenebitur, tex. est ad literam in c. 1. in prin. de priuileg. lib. 6. & ibi per Archid. Domi. Pet de Anch. & Philipp. Franc. Innocēt. in c. ex ore eo. tit. in antiq Bald. Num. 42.

in aut.qua in prouincia C.vbi de crimini.agi.opo.in prin.Idem in l.1ª. vbi senat.vel clariss.Alber.in l.hæres absens §.si qui, tutelam ff de iud.& in l beneficium ff. de constit. prin. & ibi late per Iaso.gloss.notab,in c,placuit 6.quæst.3.Card.in Cle.1ª.3. quæst. de off.ord.Innocent.in c.recepimus de priuileg. Et ideo dicunt in præalleg, c.1°. scribentes, quod monachum exemptum per plateas sine habitu incedentem,episcopus corrigere poterit, ratione delicti commissi extra locum exemptum,sed quia multi exempti,sunt priuilegiati contra formam d.c.1.& sic contra hos tres nouissimos casus, sicut Ioan. Andr. & Domi. ibidem se vidisse referunt: Quæritur an talis exemptio vel tale priuilegium teneat,Istam quæstionem ãple disputauit Ioan. Monach.in c.episcoporum eod.tit.lib.6.& eam reassumũt Ioã.Andr.&Domi. in alleg. c. 1.tenẽtes resolutiue quod priuilegium teneat, quia licet prædictum c.1. videatur veteris iuris solum declaratorium, & sic ꝙ priuilegiati contra illud, non sint contra antiqua iura declarata,priuilegiati,de quibus non facit mentionem,quia exemptio terminos proprios non excedit, attamen quia in tex. continentur verba decernimus & diffinimus, quę nouam constitutionem inducunt, c. decernimus de iud, necesse est dicere, quod exempti contra talem constitutionem, non solum cõtra declarationem sunt exẽpti, sed etiam cõtra constitutionem, vt ibi per eos, quare bene ponderabuntur exemptionis verba & obseruabuntur, de quibus si non appareat, cum ius in præmissis casibus exemptos ordinarijs subijciat, ordinarius vt prædictum est cõtra exemptos procedere poterit, & iurisdictionem suam quæ sepius contra omnem æquitatem lęditur tueri & defendere,

Num. 43. AN charitatiuum subsidium seu aduentum iucundum valeat eps̃ ab exemptis exigere tenet gloss. quod sic, in Cle.frequens in vęr.in exigẽdo de excessi pręlat.& clare per Abbat,idem tenentem,ibid.Barbat.in addit,ad Panor. in c, cũ ap̃ls de censib. intellige dummodo sit moderatum, & ex iusta causa petatur, Panor.in c.dilectus de offic, ord. & dũmodo alias consuetudine vel tempore immemoriali nõ sit introductum, Philip.Deci.cons.152,cir.med.vide Barto. Belensinum, in tract. suo de charit,subsid,quæst.32.Card.in alleg.Clement.frequens in 3. oppos. & in 1ª. quæst. vbi dicit quod eo ipso quod eps̃ charitatiuum subsidium,ab exemptis exigit,excedere videtur.

At cum

Ad cum hic reuerendus Dñs & auunculus meus finem suo tractatui de exẽptionibus posuerit, præteriens plane cum silentio publicis districtus (vt autumo) negotijs ac annis ingrauescẽtibus ea quæ statuerat de finali capite subijcere, ac meo iudicio alios notabiles repererim casus in quibus ordinarius contra exẽptos potest fimbrias suas extẽdere ac iurisdictioné exercere, eos hic addere statui, & post ne liber sit imperfectus nonnulla quę ad quintum & vltimum caput videbuntur spectare, similiter subijciam.

Vigesimus quintus est quando religiosi exempti abutentes tenore suorum priuilegiorum quadam temeraria præsumptione episcopalia percipiunt iura tex. est in forma in c. cum & plantare § de confratribus vers. quod autem ex. de priuileg. poterit namq; episcopus propter iniuriam sibi illatam religiosos transgressores de tam magno abusu reprę̨hendere, corrigere & debite punire & ecclesias in quibus illa exercuerunt declarare interdictas gloss. singularis in præalleg. § de confratribus in verbo priuilegiorum quam post Panormit. cõmuniter doctores approbant. Nec vllum debent expectare subsidium, puta indigni suffragio priuilegij cui per enorme delictum, proprio ex facto cõtrauenerunt cuiusq; metas non debuissent transgredi sed specifice in sua forma obseruasse, priuilegium quippe quisq; suum amittere meretur qui permissa abutitur potestate c. tuarum nos ex. de priuileg. c. licet de regular. l. 3. l. iudæos C. de iudæ. ac perdunt priuilegia exemptionum vires suas, ratione delicti c. priuilegium 11. quæst. 3. & per consequens exutus ac denudatus omni beneficio sibi competenti ex eadem exemptione, specialiter quoad hunc actum, efficitur ex necessitate denuo de iurisdictione sui ordinarij a cuius potestate priuilegio exemptionis fuerat ereptus vt a simili deciditur in c. ad abolendam § fi. & ibi per Hostiens. Ioan. And. & Panor. de hæret. in antiq. & apertius deduxit supra Reuer. d. meus in hac quar. quæst. prin. nu. 2. Idq; iustissima ratione cum priuilegium nemini debeat præbere ansam atq; audaciam peccandi, ne sub prætextu concessi priuilegij, vel flagitiorum crescat temeritas, vel publica vacillet authoritas l. 2. C. de priuileg. Num. 44.

ſchol. lib. 12. Nec admittẽdum eſt, vt nocẽtes aliquibus armentur exemptionibus ac propugnaculis c. ſicut ait de hæret. tex. in auc. de mand. princip. § quid ſi delinquentes coll. 3. Et licet Panor. in gloſſ. fi. præalleg. c. cum & plantare verſ. quod autem, videatur velle innuere quod gloſſ. in c. 1. de injur. lib. 6. in fi. contrarium huius voluerit aſſerere, ſc3 quod interdictũ de quo fit mentio in præalleg. nrõ textu ipſo iure inferatur & non ſit inferendum per ordinarium, Cum tamen ſcribentes (vt diximus) in iſto ſpeciali caſu cõtra vnanimes ſentiãt, in eoq; ſenſu, haudquaquam temere ab ea (cum veritatem contineat) debemus opinione diſcedere. Et dilucide meo quidem iudicio idipſum poſsimus colligere & confirmare ex tex. noſtro ſi penitius intentionem papæ conſideremus. Nã cum tales indomitos religioſos ob peruicaciam & illorum magnam ac intolerabilem contumeliam expreſsis verbis comparauerit confratribus de quibus immediate ante erat locutus, & quod ob non eorum perfectam oblationem ſeu tranſlationem declaraſſet ordinario ſubeſſe & exemptorum confratrum priuilegijs non gaudere & ob id præfatos criminoſos in totum eis aſsimulet tam in cauſa quam ratione, non inique idem iuris in illis obſeruandum promulgauit atque ſubiunxit & iuriſdictioni ordinariorum plane ſubijecit c. tua de conſanguinit, cũ ſimil. ita diſertiſsime Hoſtiẽſ. in d. c. cum & plantare § quod autem in verbo Religioſis, præſertim cum a ſimili ob enormitatem delicti ſanctiſsimus conſtituerit in præalleg. c. tua nos § eos vero & ibi per Hoſtiẽſ. eod. tit. de priuileg. attamen vtrobiq; epiſcopus procedere debet autoritate apoſtolica tanquam a iure ei conceſſa.

Num. 45. VIgeſimus ſextus caſus eſt quando exempti ſine autoritate ſuperioris beneficia vacantia & ad illorũ collationem ſpectantia contra tenorem priuilegiorum per merum abuſum præſtationibus ſeu penſionibus onerarẽt, aut in totum ea propriæ menſæ applicantes ac conferentes pœnitus extinguerent, quo caſu ordinarius de iure conſtitutus delegatus, autoritate papæ qua fungitur in hac parte eos viſitare & quicquid ab eis ſecus commiſſum aut per nefas admiſſum fuerit reuocare poterit, corrigere & pro qualitate delicti pænam imponere tex. eſt clarus in Clement. vni. § eãdem quoq; de ſuppl. neglig. prælat. Innocent. & Hoſtienſ. in c. in Lateraneñ de præbend. & dignit. & in c. paſtoralis de priuil. late Card. in d. Cle. vni. Neceſſe enim habet

habet & ex officio ordinariorum dependit prospicere, vt curati & subditi præsbyteri ipsius, qui altari inseruiunt præsertim curam animarum habentes annexã, competentem ac congruam obtineant portionem & ne pro beneficio grauamen sentiãt aut eis directe vel indirecte inferatur c. extirpande § cum igitur & § illud de præbend. & latius in simili deductum est sup in hac 4ª. quæst. prin. nu. 31. adde c. cum capella de priuileg. Ratio autem huius dispositionis videtur esse quia ex impositione pensionis, vtile, ac ex translatione mensali, directum dominium, nõ innique censetur transferre ac quasi vnire cum ecclesia seu monasterio, contra expressam voluntatem patronorum ac fundatorum, preterq; potestatem inferioribus competẽtem. Nam inferior ab episcopo vnire beneficia eaue incorporare non potest c. sicut vnire de excess. prælat. c. pastoralis de priuileg. & ibi per Innocent. Hostiens. Panormit. & doct. & si hoc concederetur, sequerẽtur inconueniens videlz quod directe aut per indirectum iura episcopalia possent diminui quod tamen, nullo pacto, donatione aut lege admittitur c. 2. & 3. c. mouerint 10. quęst. 1ª. Rectore quippe ordinarius per vnionem priuaretur & iurisdictio ipsius minueretur cum ecclesia exempta ei non subsit, ideoque merito inhibitum est id fieri sine licentia ac autoritate superioris Innocent. in d. c. in Lateraneñ de præbend. & reliqua quæ ad hanc materiam pertinent prosequere sup loco citato nu. 31. ac eadem quæst. 4. princ. nu. 10. quinto casu per totum.

Vigesimus septimus casus est quando ordinarius proteruia ac iniuria subditorum lacessitus sede pulsus in nulla parte suæ diocæsis libere posset & sine euidenti periculo iurisdictionem episcopalem exercere, tunc enim si intra diocæsim liberius & cũ minori periculo possit ius dicere, ac latere in loco aliquo ibidem exempto, impetrata ab abbate prius licentia id exequi & pro tribunali sedere poterit, tex. est singul. iunct. gloss. in verbis aut eorum parte in Cle. vni. de for. compet. licet talis locus esset exemptus autoritate apostolica. Et casu quo abbas epo licentiam morandi & iurisdicendi denegaret, autoritate illius Clement. fretus, non habita licentia, ibidem nihilominus suum poterit erigere tribunal & iurisdictionem exercere argº. valido a maiori quod in iure forte frequẽs & vtile est c. licet vniuersis iunct. gloss. de testib. l. nec ex vera C. de acq. possess. l. quæcunque in fi. C. de fid. instru. & iur. Hastæ. fisc. lib. 10. l. qui indig- Num 46.

nus & ibi per doct.ff.de senat.late d. Nicol. Euerardi in suis loc. leg.a maio. Nam si tanta necessitate vrgente denegata etiam licētia vicini coepiscopi,ei vigore cōstitutionis dictæ Clemēt.cōcedatur morari in aliena prorsus diocęsi modo ibidem sat illi sit prospectum? si & causas ad ecclesiasticum forum spectātes audire,aliaue quę ad eius officium spectant libere exercere potest, nullo dato impedimento a coepiscopo,optime sequitur quod ex quo hoc possit in aliena inquam diocæsi vbi nullam prorsus habet autoritatem nec superioritatem (quam vocant), multo fortius hoc eum posse in loco exempto existēti intra suam diocęsim atq; vbi saltem aliqualem iurisdictionem retinet & reuerentialis honor illi debetur Clemēt. archiepō de priuileg. Bald. in l.fi.C.de oper.liber.Feli. in c.conquerente de off. ord. c. cum non liceat de præscrip.late Chasse in catalago glor. mundi in 4. parte num.27.ac licet ibidem aliqualiter priuatus censeatur sua autoritate c. Luminoso 18. quæst. 2. c.cum ep̄s de off. ord.lib.6. cum similib.saltem vt vt est ęquiparantur locus extra diocęsim & locus exemptus, constitutus intra diocæsim, c. graue de off. ord.ideoq; a maioritate rationis,licet gloss.nostrę Clemēt.loco præalleg. in omnem euentum requirat consensum abbatis & malæ veriorem & textui huic nrō magis consonam in verbis illis, in suis ciuitatibus vel diocæsibus aut earum parte aliqua residere &c. putarim opinionem asserētium in nrō Clemēt. casu, ordinarium etiam citra voluntatem exemptorum illic consistere posse & iurisdictionem exercere, cum nemo mihi negare queat, quin exempti consistant in aliqua parte diocęsis vt supra abunde ostensum est,in hac quar.parte prin.nu. 40. per Feli. in d.c.graue & Innocent. in c. abbate de rescrip. & pro hac parte tandem concludit Card.in d.Clement.vni.nu.12.&.13.

Num.47. Vigesimus octauus est quando papa ex quadam legittima causa iubet generaliter omnes Moniales cuiuscunque professionis vel ordinis intra claustra concludi & reserari, ne posthabita monachali modestia, sexusq; verecūdia per domos secularium personarum, non sine euidenti suspitione mali, in religionis opprobrium, ac scandalum plurimorumdeiq; grauem offensam, de cætero queant pro lubito discurrere ac diuagari. Nam tunc ep̄s & quilibet alius earum superior, moniales huiusmodi consistētes sub ipsorum districtu, licet etiā exēptas, autoritate papæ a iure cōcessa recludere obligātur & clausuram procurare

procurare tex. est in c. 1°. § fi. de stat. regul. lib. 6. Et hanc materiam videtur auunculus meus voluisse implicite cõprehendere sub 19. capite 4. quæst princip. Veruntamen cum ista constitutio quandam specialitatem videatur amplecti merito existimauimus seorsum ac separatim per se examinari debere, prout factum reperio per concilium Trident. Sess. 25. cap. 5. quo loco episcopis datur in mandatis vt clausuram sanctimonialium, cessante omni priuilegio ac exemptione conseruari ac restitui procurent, neq; illis licere exire a monasterio nisi præhabita licẽtia ordinariorum, & ead. sess. cap. 9. subiungitur casus procedens de visitandis monialibus exemptis, & quod per ordinarios debent gubernari. Periculum vero animarum causam huic decreto dedisse ex textu facile colligere possumus, ideoq; nec consuetudine nec præscriptione aboleri, cum in virtute sanctæ obedientiæ eam stricte obseruare teneantur c fi. de consuetud. arg. c. 1. de sepult. Possemus hoc loco, neq; id inproprie, sexus muliebris fragilitatem, naturam, & deniq; propensiones bonas, iuxta ac malas prauasq; deducere, quo vez, ratio & ęquitas huius tam sanctę constitutionis illinc pateret, præsertim hoc pestifero seculo, dum totus mundus in maligno videatur positus, at prolixiores quam par esset efficeremur. Sufficiet igitur obiter attigisse, sanctimonialium laudem, & honorem penitus consistere in conseruatione virginitatis, castitate, verecundia, timore dei, simplicitate, deuotione, pietate, misericordia, constantia ac patientia, de quibus & alijs fœminearum dotium laudibus, vide latissime per Chasse. in tract. glor. mundi in 2ª. parte nu. 8. cum sequent. vbi eas latis phylacteriis deducit. Et cæteras virtutes, cõi consensu doctorum, pudicitia seu virginitas preponderat, cum dei sit templum August. de ciuit. dei lib. 12. cap. 26. quæ semel amissa, amplius recuperari non potest gloss. in l. vnica C. de rapt. Ludo. Roma, consl. 5. incip. vos estis lux mundi. At e diuerso cum mulieribus proprium sit, libenter laudari a viris, propter imperfectionem illis innatam, volẽtes eum defectum viros latere, sæpe euenit vt ex virorum confabulatione, persuasione ac vt verius dicam adulatione facile decipiantur, Nam inquit apostolus ad Corinth. 15. cap. priori epistola. Corrumpunt bonos mores colloquia praua, sine quibus vix aut nunquam committeretur incestus aut adulterium l. & si amicis in fi. ff. de adult. Guilel. Bened. qui dilucidissime hanc prosequitur materiam in repet. d. c. Raijnutius in verb. Cuidam Petro tradiderũt nu. 34. cum seq.

de testa.

de testa. Attamen hanc cõstitutionis normam in partibus Gallicanis non fuisse receptam tradit Ioan. And. in præalleg. c. 1. de stat. regular, lib. 6. & male, meo iudicio. Nam cum religiosę ante cænobij introitum mundo, verbis expressis renũciauerint, deo sese integraliter dedicantes, & illi castitatem vouentes, quid restat aliud vti voto & vocationi suæ, sine vllo obstaculo in verecundia ac dei timore commode satisfacere, ac in ijs illibate consistere queant, quam eas segregari a prophano cõsortio ac confabulatione tam venenosa iuxta ac periculosa. Nec ex his recte potest inferri quod papa ex hac constitutione vitã strictiorem sanctimonialibus videatur velle irrogare, quam ipsæ olim receperint contra c. nec is 15, q. 1. c. præsens 20, quæst. 3. c. integritas 32. quæst. 1ª. eo quod nemo crescere compellatur c. gesta 74. dist. quia hoc locum habet quando eps niteretur substãtiam regulæ aut votorum augere & arctiorem reddere, nõ autem in ijs quæ voto extrinsecus velut subsidij causa accedunt, & morum correctionem magis quam innouationem vitæ respiciunt, quę solent plerunq; varietate temporum, hominum inconstantia ac prauitate crescente & statu rerum exposcente, pariter variari ac mutari c. non debet de consang, & aff. c. videntes 12. quæst. 1ª. l. si hominem ff. mand. Illa enim causa est suscepte religionis vt bonos mores deinceps amplectantur, prauos vero per se despiciãt ac contemnãt, illis deficientibus (vt proh. dolor sæpe nrõ seculo contigit) papa qui mundi principatum obtinet, merito prouidere obligatur gloss. singula. in verbo pñtes d. c. 1, & ibi per scribẽn. Et quanto status castitatis inter cæteras virtutes dignitate antecellit, tãto magis eiusce præuaricatio cauenda, puniendaq; est, cum ex hoc delictum aggrauetur c. cũ quidam de iure iur. l. si qua illustris C. ad Orfic, l õe delictũ ff. de re milit. maxime cum dicatur diabolũ nullo alio peccati genere post idololatriã peræque triũphare ac exhilarari Guil. Bened. loco pręalleg. nu. 51. Si tamen religiosa quępiam morbo graui laboraret, ita vt sine discrimine vitæ ac scandalo, non possit in monasterio morari, nec facilis superioris sui adeundi facultas suppetat, tali necessitate coacta sine metu excommunicationis, absque licentia superioris exire posse tradunt Domi. de sancto Gemi. Philipp. Fran. Ioan. Andr. & alij doct. per tex. hunc nostrum in d. § fi.

Num. 48. VIgesimus nonus est in generali ordinarij interdicto ex legittima ac iusta causa ab epo prolato ac declarato, cõtra regnum

regnum, prouinciam, ciuitatem, castrum, aut villam c. cum in partibus de verb. sig. Nam licet episcopus nullam sniam multominus interdicti, possit promulgare particulariter cotra exéptos c. frater 16. q. 1. c. Luminoso 18. q. 2. Generale tamé interdictū ab ordinario promulgatum, nō ex scientia hominis sed ex dispositione iuris, cum matrix ecclesia illud obseruet, ne vilescat ecclesiastica censura, ac ordo eius vniuersalis, omnes exemptos eiusdem ciuitatis aut prouincie ligat, & intantum coarctat, vt nullum medium admittere posśint ad impediendum, aut quo quo modo frustrandum, effectum generalis interdicti, nō magis directe atq; aperte quam latenter seu per indirectum, & si secus fecerint ipso iure excommunicātur, & ab ipso episcopo excommunicati possunt declarari, tex. est ad literam in Cle. 1. de priuileg. c. in Lateraneñ ex. de præbend. c. cum inter vos de consuetud. & vbiq; per Panor. Ioan. And. Feli. & scribē. Nec consuetudo, præscriptio, aut priuilegium in contrarium impetratum, valeret, sed censeretur obreptitium & subreptitium, præalleg. c. cum inter, & prædicta consuetudo iniqua, viciosa, ac contra bonos mores c. illa 12. dist. quippé ecclesijs induceret grauamen. c. 1. de cōsuetud. Nam licet exempti sint a iurisdictione ordinarij, non idcirco exempti cēsentur ab obsequio reuerentiali & a constitutionibus vniuersalis ecclesiæ Iacob. de sancto Georg. in l. adoptiuū § patronnm autem ff. de in ius voc. nu. 7. per l. fi. C. de bon. libert. Bartol. Zos. in l. in ius vocari § patronū nu. 12. ff. de in ius voc. Quippe huiusmodi dispensatio cederet contra bonum communē, quod non est præsumendum, cum præferendum sit priuato ac singulari commodo c. scias .quęst. 1. c. in scripturis 8. q. 1ª. nec papa censeatur facile inclinari contra bonum cōmune, vt priuato consulat c. 3. 25. quæst. 1ª. Quoniam obseruatio generalis interdicti tendit ad reuerentiam episcopi, quam omnes subiecti & existentes in eius diocæsi, ex præcepto dei in primitiua ecclesiá vniuersaliter ei tenebantur exhibere cum omni humilitate. Etenim distinctio graduum maiorum & minorum ab ipso Christo exordium sumpsit, qui 12. apostolos tanquan maiores sacerdotes, & 72. discipulos quasi minores instituit, Petrum vero in summum sacerdoté elegit § 1. distinct. 21. Ipsis vero apostolis decedentibus, in locum eorum successerunt epi, quos qui recipit & verba eorum, deum recipit, qui autem eos spernit, deum a quo missi sunt, & cuius funguntur legatione spernit c. loquitur 24. quæst. 1ª. c. accusatio 2. quæst. 7. c.

omnis 3.q.1.Matth.10.cap.ac Lucæ eodé cap.Pręponderat enim deus obedientiam victime,& honorare nos patrem ac matrem docet vt longeui simus supra terram Exodi 20.cap.quod etiam de patre spirituali ac matre ecclesia intellexit c.ita diligere 30. quæst.3.c.esto subiectus,95. dist. Et quemadmodū indecorum ac nephas censeretur filium integraliter velle eximere & in totum absoluere a paterna reuerentia,etiam si effectus sit sui iuris beneficio principis, aut medijs a iure introductis,aut libertum, ab obedientia patronis debita d.l.fi.C.de bo. libert. c. si sine venia 12. quæst. 2.eo modo non minus censebitur absurdum subditum aliquem singularem, ob eius querimoniam plerunque paruiponderis, in totum eximere a reuerentia & potestate episcoporū & ansam rebellionis prębere,interim excludo nimiam oppressionem, & sæuitiam quorundam & similes iustissimas rationęs,illis occurrētibus, adhuc cū Augustino lib.2. de vnico baptismo, sentirem dum ait, conqueritur inquit pater de filio malo, & filius econtra de patre duro, vnde seruamus honorificentiam patri quæ debetur a filio,non æquamus filium patri in honore, sed præponimus filium patri in veritate, & sic tribuimus honorem debitum vt non perdat æquitas meritum,aurea vero verba transcripta in c. quæritur 2. quæst. 7. ac vt maius apparens inconueniens euitetur, satius fore talem ep̄m punire, tollere, aut destituere, cum obedientia omnibus debeatur ep̄is & prelatis, etiam si essent inutiles, quamdiu ab ecclesia tollerātur c. nonne 8. quæst. 4. c. si fortassis 16. quæst.6.c.sacerdotes 2. quæst. 8. quam queso reuerentiam & obedientiam impendent principes seculares & laici episcopis ac ordinarijs, quando tam patenter ac manifeste eius subditi viri ecclesiastici nec non religiosi, in eius obedientiam ac reuerentiam ruunt c. qualiter & quando de accusat. Ex his igitur recte infertur non esse præsumendum (quod etiam nunquam vel admodum raro concedi debet) sanctissimum velle aliquem ac debere in totū eximere, saltem in præiudicium generalis episcoporum interdicti, cum interesse graue ordinariorum vertatur, interdicta specifice & in suis terminis obseruari, ne neruus ecclesiasticæ disciplinæ intereat & vniuersalis ecclesię tā sancta ordinatio, a deo introducta, ab apostolis, sanctis patribus, diuersis generalibus concilijs & Romanorum pontificibus successiue comprobata, confundatur ac despiciatur,d. Cle. 1ª. & ibi per doct. in verbis neruum ecclesiasticæ disciplinæ Barbat.in c.cū inter nu.10.vers.nota quod

licet episcopus alleg. c. tuarum de priuileg. Ioan. de Imo. Ioan. Andr.& Bald.in Pręalleg.c.cum inter,vbi dicunt quod sicut neruus est hominis fortitudo & facile flectitur sed non rumpitur sic censura, est ecclesiæ fortitudo quæ licet possit flecti tamen non potest rumpi, approbat Calder. in tract. suo de ecclesiast. interdict.quæst.3.5.6.& 24.2.memb.

COnsiderandum tamen & diligenter ponderandum est Num. 49.
exemptos generali episcoporum interdicto non tantum coarctari, quantum si monasterij sui superioris autoritate specialiter eis interdiceretur, quia eo casu exempti in loco exẽpto celebrare non possent, sed generale ordinarij interdictum illorum respectu hoc operatur ne eorum opera aut facto subditi epĩ gñali interdicto ligati, imo nec confratres aut consorores exemptorum in præiudicium aut contemptum ordinariæ potestatis, diuina vllo medio, contra sententiam interdicti eiusq; tenorem in locis exemptis audiant, seclusis exceptionibus fictis ac friuolis, debent enim tunc temporis ab exemptis diuina sic secrete atq; caute celebrari, vt ab exteris interdictis non posint neq; videri, neq; audiri, tex. est singul. in c. quod in te ex. de pænit. & remiss. Hostiens.& Innocent. in c. nuper vers. orando ex. de sentent. excommunic. Card. in Præalleg. Cle. 1ª. de sent. excom. quæ etiam adaptari possunt, ad priuatas personas episcopi interdicto ligatas, de quibus late scripsit Reueren. D. auunculus meus sup. ead. hac quæst. 4. num. 14. videlicet quod exempti scienter eas non debent admittere ad audiendum officium diuinum. Si tamen ignoranter contrauerint idq; probabiliter in nrẽ Clement. pænam non incidisse putaremus, cum papa tantum friuolas ac fucatas exceptiones excludat Card. præalleg. loco nu.29. per gloss. ibidem in verbo sciuerint.

NVnc quæritur de difficili quæstione si religiosi exempti, Num. 50.
ex quadam contumacia ac proteruia contempserint obedire interdicto an ab ordinario puniri valeant nec ne? Ioan. Monach. tit. de priuileg. lib. 6. tenet quod posint, ex quo propter delictum denudati sint priuilegio ergo quoad hunc actum, & eius efficacia ac vigore, c. tuarum ex. de priuileg. Card. vero hic nu. 20. & Imol. contrarium sentiunt, cum papa in d. Cle. 1ª. de sent. excõ. ordinario hoc non concesserit; ideoq; consulunt vt ordinarius denũciando, a sanctitate sua delegatum postulet,

alleg. Cle. dudum vers. vltra iunct. gloss. in verbo innuit de sepult. quo loco Card. hanc quæstioné ad ambas partes late prosequitur & tandem concludit pro eadem parte negatiua. Sed nró casu salua interim tantorum virorum reuerétia, veriorem & in iudicijs probabiliorem existimarem opinionem affirmatiuam, cum diocæsano cuius interdictum reperitur cotemptũ, iniuria fuerit præsertim irrogata, & delinquétes ab excommunicatione, a iure propter delictum commissum, incursa, non queant absolui a superioribus, nisi prius ordinario sit satisfactũ de suis interesse ac iniuria, ab ipso declarandis æstimandisq;, vt in simili habes in Cle.1.de sepult. bonus est tex. in c. cum & plantare § excõicatos de priuileg. & ibi per doct. Reue. D. meus sup in 4. quæst. princip. nu.14. vbi late exponit quomodo eps teneatur procedere ad taxandum pretactam iniuriam. Confitemur tamen quod ordinarius non procedet ad declarationé excommunicationis, etiam si per annũ indurato corde in ea permanserint exempti, ad inquisitionem, punitioné, ac satisfactionem pretacta ordinaria episcopali autoritate sed potestate delegata a iure ac summo pontifice ei ex speciali gratia attributa est tex. formalis in religiosis exemptis interdicto non parentibus in dic. Clemét. ex eo § quod si fecerint in verb. satisfactione præmissa per locorũ epos quos autoritate aplica fungi volumus in hac parte, & c. de sent. excõicat. quem miror Card. & Imol. non ponderasse.

Num.51. AN & quãdo exempti possint celebrare cũ altari viatico, in locis non sacratis sine episcopi licentia, & lãici sine reprehẽsione possint audire diuinum officium in loco exempto, nullo habito consensu ordinarij late tradit Barbat. cons.52. vol. 1. vbi tandem decidit quod omni tempore, modo non fiat in contemptum curati aut superioris etiam hodie religiosi exépti poterunt in omni loco non sacrato sine licentia superiorum & pastorum celebrare cum nullo cõcilio hoc illis sit interdictum & speciali priuilegio superhoc sint muniti est tex. sing. in c. in ijs & ibi per Panor. & doct. ex. de priuileg. Et quãuis vnicuiq; permissum sit in oratorijs fundere præces c. vnicuique de consecr. dist. 1ª. tamen nemo ibi potest celebrare etiã cum altari viatico absq; expresso consensu epi ãls venit deponendus c. clericus eadem dist. nisi priuilegiati vt sunt epi ac exempti d. c. fi. & d. c. in ijs de priuileg.

Trigesimus

TRigesimus ac vltimus casus est quando eps ex vrgente Num, 52.
causa generaliter statueret, ne curati suæ diocæsis in certo per eum exp̄sso casu, ante talem prohibitionem illis licito & permisso in foro consciētiæ de cætero posse absoluere defenderet, declararetq; deinceps sibi soli eiusdem certi casus cognitionem reseruare. Et licet fratres minores, prædicatores & alij exempti quibus ex speciali priuilegio competit vt autoritate papę laicorum subditorum & diocæsanorum oīm ordinariorū possint audire confessiones, etiam ijs inuitis & contradicentibus secundum dispositionem Clement. dudum § statuimus de sepultur. nihilominus eps generali sua reseruatione ligat ac comprehendet tales exemptos, nec in illo casu subditos illius ordinarij in posterum poterunt absoluere, nisi forsan ecclesiarum prælati eis in hac parte vberiorem gratiam specialiter ducerent faciendam. Ratio est quia papa concedendo exemptis potestatem specialem, vt confessiones subditorum episcopi possint libere ac licite audire, pænitētiam imponere, & ab omni peccato absoluere, expresse declarauit eam restringendo intentionem suam, non fuisse, ipsis fratribus ampliorem concessisse potestatem, quam curatis & parochis de iure est permissa. Sed dices in contrarium vrgere c. quanto de priuileg. quo loco ep̄is interdicitur vt neq; directe neq; per indirectum in vllo, priuilegijs exemptorum derogēt, cum vnicuiq; licitum sit ea facere in propria domo & loco exempto, modo non faciat animo iniuriādi c. cum ecclesia vulturana de elect. ergo cū ista noua prohibitio de iure curatis & fratribus exēptis permixtim erat admissa per indirectum ex hac noua prohibitione exemptorum priuilegio derogaretur. Sed contrarium obseruandum & iudicādum putarem. Quippe cum papa fratres exemptos in nrō casu curatis equiparauerit & illis ampliorem potestatem non concesserit quam curatis de iure est permissa, quodq; iure cautum sit ep̄m posse ex causa arctare ordinariam potestatem curatorum c. si ep̄s de pęn. & remiss. lib. 6. & ibi per doct. (quo loco gloss. in verbo reseruantur recitat casus episcopo reseruatos) multo fortius ne subditus cēseatur diuersi iuris, intuitu curatorum ac fratrum c. quia circa de priuileg. hoc poterit in hac extra ordinaria potestate, ne per accidens mutiletur substantia ac ordinaria potestas exemptorum gloss. sing. quam seq. & refert. Card. in Clement. dudum § per huiusmodi in verbo cōcessa de sepult. Nec potest censeri quod directe aut per indirectum priuilegio exēptorum

in aliquo derogetur, cum papa eam concesſionem vberiorem dare noluerit & in hunc modum reſtrinxit, & ſi prohibitioni epiſcopi nō paruerint ordinario euidens grauamē & iniuriā infligerent quam poterit taxare, & delinquentes punire ac conpeſcere prout ſupra cap. immediate proximo expoſui c. ex eo verſ. quod ſi fecerint de ſent. excōicat. adde quæ auunculus tradidit in hac 4ª. quæſt. prin. nu. 11.

## Succedit quinta ac vltima quæſtio principalis videlicet

## Quibus modis exemptio amittatur.

Num. 1. NON abs re præmittere tenemur, non inique multa ſecundum varietatem temporum, inconſtantiam hominum, vrgente neceſsitate & præſertim euidēti vtilitate, & ſtatu rerū expoſcēte ſuam, ſanctitatē mouere poſſe vt queadmodum non facile inclinari debet ad concedendam exemptionem cum iuræ communi reſiſtat ac generali ordinationi vniuerſalis eccleſiæ vt ſupra 4. quæſt. nu. 48. vrgentiſsimis rationibus oſtendimus & infra quoq; aliæ addētur, ediuerſo ad eam abolendam ac reuocandam omnino ſe prōptum reddat ac facilem c. videntes 12. quæſt. 1ª. c. nō debet de cōſ. & offi. l. ſi hoiēm ff. mand. Præſertim cum experientia quæ efficax rerum magiſtra eſt, c. quam ſit de elect. lib. 6. Cle. 1. de ſent. excommunicat. q̄nibus ſit compertum nō expedire vniuerſali eccleſiæ aliquas exemptiones ſeu immunitates aut libertates concedi, cum per ipſas ordo vniuerſalis deſtruatur, diminuatur ac confundatur Matt. 12. capit. omne regnum in ſe diuiſum nō ſtabit & omnis ſciētia atq; lex aduerſum ſe diuiſa deſtruetur c. ſi ea 25. quæſt. 2. & diſerte papa Leo priuilegia eccleſiarum & monaſteriorum inquit ſanctorū patrum autoritate inſtituta, nulla poſſunt autoritate conuelli, nulla nouitate mutari, ſtatus quoque prælationis paruipendetur & epiſcopatus qui vnus eſt, ſcindetur & diuidetur, tollentur deniq; obedientia & reuerētia

quas

quas dicti exempti deberent suis superioribus prælatis ac ordinarijs exhibere c. omnes basilicæ 16. quæst. 7. c. nemo cótemnat 11. quæst. 3 c. licet 45. distinct. Est nempe iustũ & deo. opt. max. apprime acceptabile, dum tantopere nos moneat ad obedientiam vt inferior obediat ordinario suo in licitis & honestis, cũ summa laus sit suis obtemperare præpositis, & quicquid ab eis vtiliter imperatum fuerit simplici obedientia adimplere c. solitæ de maior. & obed. c. nulla c. ille 93. distinct. Quippe cum illi plerunq; sint potẽtes diuites & successu temporis deuenere opulenti, idcirco turgidi arrogãtes & refragarij, plebeio populo ac principibus secularibus fiunt ludibrio, ac pessimi exempli, tum quia sępe impeditur debita correctio cum morum tum excessuum exemptorũ, ex desidia (timeo) abbatum, qui coiter negligentes reperiuntur in disciplina, eo quod nonnunquam absterreantur propter asperitatem obloquentium, blandimenta, timoremq; potentium subditorum. Deniq; ex eo quod exempti non possunt iudicari nisi a papa aut eius legato a latere qui ab eis plerunq; loco remotior quam par est, existit 16. quæst. 1. c. frater noster, nec diocæsano cõceditur supplere illorum negligentiam in loco exempto c. sicut de suppl. neglig. prelat. delicta similiter per eos admissa extra loca exẽpta manent simul impunita, cum eos diocæsanus compellere non queat vt transeant ad diocæsim in qua crimina commiserunt c. volentes de priuileg. Pretereo quod exinde erumpant fomenta multarum dissolutionum de quibus adamussim scripsit Specul. in tract. suo elegantiss. ac singul. de mod. gener. concil. celeb. tit. de exemptionibus. Item de monachis & alijs sequent.

EX quibus omnibus euidenter elicitur quod quocunque modo prædictæ exemptiones contrariæ legibus, & iuribus pro communi vtilitate constitutis, considerentur, facilius debere reuocari quam concedi, cum ijs tollatur ordo vniuersalis ecclesiæ, status, gradus, honor, virtus, & potestas prælationis constitutæ a deo, quibus omnes religiosæ personæ ac loca generaliter nullis demptis, episcopis subijciuntur, c. omnes basilicæ 16. quæst. 7. c. si quis episcoporum 16. quæst. 5. c. quidam 18. quæst. 2. c. abbates & c. si quis abbas eadem quæst. c. cognouimus 18. quæst. 2. & ex concessione earum parua vtilitas vniuersali ecclesiæ acquiratur quinimo potius & populo & statui religionis Num. 2.

ligionis officiunt, adeo vt non iniq̃ senserit gloss. in d. Cle. dudum in prin. in verbo instante de sepultur. & in Cle. 1. in verbo exempti de sent. excommu. quod preuilegiatis & exẽptis non expediat generalia concilia celebrari, cum non finiantur sine morum ecclesiasticorum correctione, & priuilegiorum exemptorum restrictione seu abolitione, hinc accidit quod in concilio Tridentino sanctissimi patres in spiritu sancto cõgregati, autoritate apostolica per multas sessiones, secundum occursum materiarũ in margine a me annotatarũ exemptionum vires rescinderunt partim ac diminuere, & religiosas personas, ac loca, tanquam delegati summi pontificis iurisdictioni ordinariorum subjecerũt, tam in visitatione quam correctione morum ac delinquentium punitione.

Num. 3. AD quintum igitur principale vt descendamus, necesse erit resumere distinctiones a reueren. auunculo nostro in 2ª. prin. quæst. declaratas, inter exemptionem sc3 Ciuilem & Canonicam. Nam Ciuilis diuersis alijs medijs extinguitur, quæ ad canonicam non recte possent adaptari, cum indubitatum sit *exemptionem ac priuilegium in se speciem ac formam continere donationis, & idcirco ijsdem medijs reuocari,* quibus iure cautum est donationes esse reuocandas, singul. est dict. Sebast. Sap. in addit. ad Panor. in c. cum accessissent in verb. renunciare priuilegio, ex. de constit. alleg. Imol. in c. cum m. col. 2. de cõstit. In quarum quoq; abolitione multum differt, an cõcedantur proprio motu, alicuius intuitu & instantia, ob remunerationem, ex contractu, pacto, trãlatione seu alio quouis titulo cum oneroso tum lucratiuo, de quibus late tradunt doct. canonistæ in c. fi. de donat. & legistæ in l. fi. C. de reuoc. donat. At de exemptione canonica infra num. 11. deo coöperante dicetur, priuilegiorum tamen tenorem eiusq; verba præsertim ponderare & ex illis concedentis intentionem explorare in hac materia exemptionis necesse erit, & secũdum eam infallibiliter iudicandũ c. porro. ex. de priuileg. Nunc vero generaliter quibus medijs exemptio perdatur reuocetur & extinguatur tradunt late Spec. tit. de instr. edit. § nunc autẽ videndum restat num. 9. cum sequent. Panormit. & doct in c. suggestum iunct. gloss. ex. de deci. & in c. cum accessissent & ibi latissime Feli. de cõstit. Ias. in l. fi. col. 9. vers. tertio principaliter de constit. princip. gloss. & Archid. in c. renouãtes 22. distinct. gloss. & doct. in c. priuilegium 11. quæst. 3. Alber. in suo dictio. in verbo priuilegium

priuilegiũ Bertach.eod.loco Luc.de pen.in l.3. C. de vetera lib. 12.& in l.2 C.de his qui ſpon.pub.ſubeunt lib.10.Matt.de Afflic. in conſtit.tit.de priuileg.a cur.cap.reuocand.Paul.de Caſt.conſ. 284. Incip. in facto præſenti non intendo adulari de quibus omnibus deo iuuante particulariter & ſeparatim erit tractandum,vt ſequitur.

PRimus igitur modus eſt quando exemptio conceſſa erit perſonæ,aut accedit rebus ſeu loco intuitu perſonę,vtpote concedimus monaſterio tali, exemptionis priuilegium durãte adminiſtratione aut vita comite talis cardinalis.Nam extincta, ſeu mutata perſona quæ fuit cauſa immediata ac finalis conceſſionis priuilegij,ipſius quoq; effectus tollitur ac perditur, c.priuilegium de reg.iur.lib. 6. c. petiſti 7. quæſt. 2. Franciſ. aret. in l. paulus 2.notab.ff.de acquir.hæred.Bald.in rubr.c. de vſur. in 4. quęſt.verſ.Item mutatione l.licitatio § ſi ff. de public.Reuer.D. meus in 2.quæſt.prin.nu.5.ac 4. quæſt. eodem nu. cum cauſa eius ceſſet,l.Titia § vſuras & ibi Bart.de legat.2. abb. in d. c. ſuggeſtum de deci.Bartholo.Zoſ.conſ.cl. verſ.ſexto confirmatur lib. 1°. ac indifferenter ſiue ea ſit Ciuilis ſiue Canonica, cum priuilegium perſonale nunquam perſonam tranſgrediatur, Dij. & Ioan. Andr. in d. c. priuilegium c. mandata ex. de præſumpt. Num. 4.
Quod verum intellige ſi perſona ſit cauſa nõ ſolum immediata priuilegij ſed & finalis, & in dubio cenſentur perſonales exemptiones,ſi perſonis ſimpliciter concedantur gloſſ. ſi in c. tua ex. de his quæ fi. a prælat.c.cum veniſſent in verb.probatum de inſtit.c.hoc ius 10.q.2. Alber.in l.in omnibus cauſis num.2.de reg. iur.quo loco nu.4.poſt Hoſtieſ.in ſum.de priuileg. § quot ſunt ſpecies, enumerat ſpecies priuilegiorum generalium & ſpecialium.Qui autem cenſeantur gaudere perſonali exemptione refert Re.d.meus loco præalleg. vbi late hunc proſequitur caſum at latiſsime dij. in d. c. priuilegium quo loco inter cætera refert quot modis priuilegium dicatur perſonale. Si tamẽ ex conceſſione aut verbis exẽptionis impoſsibile ſit colligere an ſit perſonalis an realis eo quod indifferẽter perſonæ ac loci fecit mentionem, nec concedentis copia daretur facilis ad eum cõſulendum,eo vſque cenſebitur realis cum beneficia large debeant interpręctari contra concedentem,c. cum dilecti ex. de exempt.& vendit c.ad audientiam de præſcript.c.placuit 16. quæſt. 3. l. beneficium ff.de conſtit.prin.Fel.in c.quoniam abbas Panor.Hoſtienſ.

stiens. & scribeñ ibidem de off. deleg. vbi hæc mã ab omnibus examinatur, eritq; trãsitorium nec per mortem successoris seu personę peribit Pet. de Anch. cons. 327. incip. in Xp̄i. nomine discurrit mã dubij & in præalleg. reg. priuilegiũ Bart. in l. quia tale ff. solut. matr. Paul. de Leaz. in disput. Papa scribit ep̄o Bald in l. gallus in 15. col. ff. de lib. & posthu. & in l. fi. ff. de constit. princip. Rite & elegant. Feli. in c. mandata vers. sed pro intellectu istius ex. de præsumpt. at si ex coniecturis aut vi verborum, certitudo appareret ea esset amplectenda l. neratius ff. de reg. iur. c. cum venissent ex. de iudic. Quod facit ad decisionem quæstionis an priuilegium papale exprimens nomen pręlati cum tamen eius tenor ecclesiam magis tangit & econtra intelligatur personale vel reale, quã ad ambas partes late deducit Ioan. Andr. in merc. in præalleg. reg. priuilegium, at tandem in fi. vers. Item quid si priuilegium dans exemptiones, tractat in forma de nostro casu exemptionis & concludit vt supra decisum est sequitur Specul. tit. de instru. edit § nunc autem videndum vers. Item quod fuit concenssum personæ.

Num. 5. SEcundus modus succedit quando exemptio est concessa monasterio aut loco, quia eo casu tantisper pariter durat quousq; locus seu monasterium in esse consistit aut perit aut funditus destruitur arg°. c. abbate in fi. ibi tamdiu monasteriũ de verb. signif. iunct. gloss. in ver. donec & ibi per Innocent. habes tex. in c. & hoc diximus iunct. gloss. in verb. destructa 16. quęst. 7. Quod intellige verum si habeatur postmodum pro derelicto, nec monasterium deletum denuo reedificetur aut in alio loco cum consensu superioris transferatur. Nam eo euentu retineret priuilegia, Innoc. in d. c. abbate Bart. in l. fi. de colleg. illic. idq; procedit casu quo huiusmodi monasteriũ, locus collegium seu ordo cui exemptio competit non deleatur autoritate superioris ob enorme delictum ibidem commissum aut ex alia simili vrgenti causa, quia tum cum restauratione non recuperaret exemptiones semel extinctas & beneficia deleta gloss. notab. in d. verbo destructa 16. quęst. 8. quam sequitur Bart. loco immediate cit. Sic communitas seu ciuitas perdit omnia beneficia ex delicto ciuium c. tales c. denunciamus 25. quæst. 2. c. ad aures ex. de pæ. c. talia 8. q. 4. Ac nauis ecclesiæ publicatur l. iubemus C. de sacros. ecclesi. & ibi per doct. Et facit ad quæstionem an si vniuersitati. Aurelianeñ seu duaceñ concedantur omnia

priuilegia

priuilegia vniuersitatis Louanień, & vniuersitas Louaniensis ob aliquod delictum aut alia de causa cassetur, ac perimatur an per consequens priuilegia Aurelianeń seu Duaceń pereant, & hanc questionem in vtranq; partē arguit Bald. in l. omnia vers. secundo quærit Guilel. C. de episcop. & cler. & tandem resoluit pro parte negatiua, sequitur Bart. Bald. & Imol. in l. si quis filio § fi. de iniust. test. Bart. in d. l. fi. in fi. num. 24. ff. de colleg. illicit. gloss. & doct. in c. priuilegium de reg. iur. lib. 6.

TErtius modus est per præscriptionem centenariam aut quadragenariam, de quibus abunde tractauit reueren. d. meus in proæ. nu. 8. Item 1. quæst. prin. nu. 7. 2. quæst. nu. 6. ac 3. quæst. nu^is. 5. & 26. quibus locis prosequere & adde ea quæ cap. sequent. in fi. dicentur. Num. 6.

QVartus modus est in voluntarijs iurisdictionibus scienter prorogādo vel se subijciēdo iurisdictioni ac ordinationi ep̄i, siue id eueniat mediante contractu per conpromissum, accipiendo absolutionem, salutarem pęnitentiam, ei confitendo, aut simili quouis modo, de quibus late habes apud d. meum in 2. quæst. prin. nu. 6. 3. quæst. nu. 12. & 13. vsq; in fi. nec non nu^is. 19. & 30. Ac cum auunculo distinguendum cēseo prout sequitur. Aut quæritur de plenaria exemptione emanata a summo pontifice, & illi renunciari non licet etiam voluntarie, & medijs supradictis, sine consensu superioris saltem valide, & vltra allegationes dictis locis per dn̄m meum adductas vide Speculat. tit. de arbit. § restat videre vers. Item exemptus Guil. Bened. in repet. c. Raijnutius in verb. in eodem testa. relic. 2. nu. 6. quo loco dicunt compromissum de rebus exemptis factum per exemptum, eximenti non nocere alleg. c. cum tempore de arb. c. posteaquam vero 25. quæst. 2. c. significasti & ibi per Panormit. de for. compet. Num. 7.

NEc obstat quod vnicuiq; liceat de iure renūciare fauori pro se introducto c. ad apostolicam de reg. iur. l. si quis in conscribendo C. de episcop. & cler. & ibi per Alber. & doct. nu. 6. Cum id locum habeat quando ille fauor cui intendimus renunciare introducitur seu conceditur solum intuitu renunciantis, secus vt in priuilegio exemptionis quando alterius fauor preter renunciantis concurrit, sc3 papæ, qui eā concedit partim Num. 8.

 ad aug-

ad augmentādam suā iurisdictionem, partim in protectionem suorum subditorum a sæuitia episcoporū aut alia vrgēti causa. Sæuitia enim ordinariorum nimia, iustam subditorum inducit exemptionem ab eius iurisdictione & potestate l. 1. § dicimus ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. instit. eod. tit. § sed hoc tempore vers. sed & maior Lud. Roma. cons. 37. incip. viso punc. Guid. Papæ decis. 62. Bald. tit. de pac. tenen. § publici latrones, bene facit tex. in l. lenones C. de episcop. aud. quodq; præcipue exemptio concedatur in fauorem papę qui est ordinarius ordinariorū, & a quo omnes alię iurisdictiones spirituales tanquam a fonte dependent & cohærent, tradunt Feli. in c. cum accessissent in prin. de constit. Panor. in præalleg. c. cum tempore Ias. & Alber. in d. l. si quis in conscribendo C. de episc. & cler. quibus locis generaliter concludunt eam regulam pati fallentiam in priuilegio exemptionis, Francis. Curt. iunior in l. si quis in conscribendo nu. 28. C. de pact. Panormit. & doct. in c. veniens de prescrip. & hanc quæstionem singularissimam in vtramq; partem late deducit Alber. de Ros. in l. nemo videtur fraudare ff. de reg. iur. vbi ad ambas partes, cum multa iura & autoritates attulisset, tandem se resoluit pro parte eadem negatiua, hac ratione. Cum inquit priuilegium exemptionis non tam contineat fauorem exempti, quam sui superioris qui eum exemit & suæ iurisdictioni immediate subiecit, vnde eius summum interesse versatur ne eam perdat ac eius subditus, cum ordinarius sit ordinariorum & a quo omnes iurisdictiones primitus confirmātur ac dependent, ab alio iudicetur vel absoluatur, tex. est sing. iunct. gloss. & doct. in Cle. penult. de senten. excommunicat. gloss. Philipp. Franc. & scribeñ in c. si ep̄s de pænit. & remiss. vbi post longas ac varias altercationes tandem doct. prædicti in eo conueniunt, quod exempti etiam voluntarie non possint confiteri episcopo nec ab eo absolui, cum papa illis sit ordinarius, imo grauiter punientur si contrauenerunt d. c. frater noster 16. q. 1. c. autoritatis de priuileg. Interim tamen ne huiusmodi priuilegium exemptionis in eorum fauorem concessum plus incommodi quam commodi adferat quoad absolutioné impetrandam, obtinuerunt exempti, hac in parte de iure communi speciale priuilegium in corpore iuris insertum, dās illis electionem proprij confessoris, qui pariter & absoluendi habet potestatem auto. apostolica eis attributam c. fi. de pænit. & remiss. & tunc si episcopum aut ordinarium prælegerint, poterit similiter

liter eos absoluere non ex potestate ordinaria sed delegata gl. in Cle. fi. de pœnit. & remiss. & est tex, in d. Cle. penult. de sent. excom. gloss. in Clement. si de beneficio ac Card. ibidem de præb. Hostiens. in c. nimis de excess. prælat. & in sum. de pœnit, § cui confiteri, Feder. de Se. cons. 95. incip. super dubit. col. 2.

IDcirco non video quomodo recte saluari poterit dictum gloss. in d. c. cum tempore, in hoc reputatum singulare & cõfirmatum per Bald. in auc^a. quas actiones C. de sacros. eccles. ac Guid. Pap. decis. 36. quo loco dicit secũdum eam opinionem fuisse iudicatum, quæ in voluntarijs actibus sc3 omittendo seu tacendo, longo temporis spacio 40. videlicet annorum exemptum quoad se præjudiciũ inferre posse innuit, nõ vero quoad papam. Nam cum abbas aut conuentus non posideant subiectionem in monasterio sed superior Panor. in c. cum dilectus de relig. domib. & subiectio sit res incorporalis quę acquiri non potest sine consensu possessorum l. 2. C. de seruitut. & aq. Innocent. in c. bone de postul. pręlat. plus iuris in alium sc3 epm non potuerunt exempti transferre ex negligentia quam ipsi posidebant, quod nullum est & inualidum, vt immediate ample ostendimus, saltem efficaciter ac valide ante centenariæ præscriptionis decursum cum medio tempore validisima muniãtur exceptione, quod subiectioni Roma. ecclesiæ non sit sufficienter præscriptum vt egregie prosequitur d. meus in 2. quæst. prin. nu. 5. Nec hoc dictum vllo modo adaptari posset ad exemptionem concessam ab ordinario, in qua nullum interesse papæ occurrit ac versatur. At vt iura iuribus correspondeãt & fluctuantium doctorum virorum opiniones sedari posint & ad cõcordiam reduci (meo iudicio) vt annotaui in d. 2. quæst. prin. nu. 5, putarem communem doct. opinionem & in iudicijs antesignanam ab Archid. confirmatam locum habere in validisima præscriptione, ita vt exempto nullum detur suffragium, aut exceptio valida competat. Et e diuerso sentientium sniã locum obtineat, vt exemptus ex præscriptione quadragenaria obstãte propria, crassa, ac supina negligentia oĩo secludatur ab exceptionibus ex proprio capite ex quauis causa ei competentibus, ita vt nullo medio iuuari ac audiri posit, quam ex sola allegatione iuris tertij scz pontificis. Num. 9.

Num. 10. SEcus eſt in conceſſa vel obtenta exemptione ab ordinario, cui exemptus poteſt renunciare tacite vel expreſsis verbis, omittendo, tacendo aut in contrarium faciendo, cum fauori ac priuilegio pro ſe introductis renunciare poſsit d. l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. & res exempta de facili redeat ad propriam naturam ac ſubiectionem Ioan. And. in reg. ſcienti de reg. iur. Feli. in c. p. & G. de off. deleg. Panor. Hoſtienſ. Ioan. And. & doct. in c. cum acceſsiſſent de præſcript.

Num. 11. QVintus modus eſt ſi exemptus commiſerit aliquod delictum comprehenſum aut expreſſum in 4. quæſt. prin. aut deliquerit extra locum exemptum, de quibus abunde auunculus per totum tractatum ſcripſit, & ſpecialiter in præalleg. 4. quæſt. nu^is. 6. ac 42. quibus adde Alber. in d. l. ſemper in obſcuris de reg. iur. Ioan. Andr. in merc. eadem regula, late Hoſtienſ. in ſua ſum. tit. de for. compet. ac c. ſignificaſti nu. 24. cum ſeq. eo. tit. Angel. de Clauaſio in verb. exemptus num. 8. Ego in delictis non incongrue hoc modo diſtinguendum putarem. Aut exemptus deliquit in loco exempto & circa rem exemptam, & tunc eum ordinarius corrigere non poterit c. ſicut de ſuppl. neglig. prelat. c. volentes de priuileg. aut obtinuit priuilegium perſonale, & tunc vbi quocunq; locorum fuerit, exemptio intantum eius oſsibus inhæret vt exinde auelli non poſsit eiuſq; perſonam vbiq; comitatur, nec ab ordinario puniri poterit Collecta. in 2. parte tit. de priuileg. c. cum & plantare nu. 7. & 8. Ang. de Clauaſ. loco ſupra cit. Alber. & Bart. in l. beneficium ff. de conſtit. princip. Aut datur monaſterio ſeu loco, & licet eo caſu comprehendantur omnes clerici inhabitantes, ſi tamen extra eum locum deliquerint ſeu morentur, ab ordinarijs punientur, & eius iuriſdictioni ſubſunt Panor. in c. patentibus ſuper. gloſſ. 2. de priuileg. Ioan. de Anna. in c. ad abolendam col. 7. cir. med. de hæret. Vel deliquit in loco exempto circa rem non exemptam & ab ordinario punietur, vt in ſepulturis mortuorum dicitur ac ſi quid fecerit in preiudicium generalis interdicti, matrimonia ſiue conſenſu curatorum præſumat ſolenniſare & multis alijs ſimilibus, idq; autoritate apoſtolica a iure delegata tex. eſt in Clement. 1. de ſepult. d. c. cum & plantare § excommunicatos de priuileg. Panor. & canoniſtæ in Cle. vni. de for. compet. Collect. loco

immed. cit. Cle. 1. Cle. ex eo de priuileg. Bart. in præalleg. l. beneficium.

SExto modo retenta specie præcedentis quæstionis perditur exemptio ex causa ingratitudinis idq; propter grauitatem delicti. Est inquit Panor. in c. fi. de donat. quem sequitur Ioan. Andr. & Feli. ingratitudo ventus vrens, siccans fontes pietatis, ac beneficia quibus naturaliter ad antidora obligamur idem Bernard. sermo. 2. de contempt. mundi adde c. & si iudæos de iud. c. peruenit de fideiuss. c. sane de renunciat. Quod quidem peccatum vt plurimum procedit ex omnium malorum radice superbia, hominumq; existimatium quæuis obsequia sibi debita vt inquit Seneca. Ingratus qui non reddit, ingratior qui dissimulat, ingratissimus omnium qui obliuiscitur, vt non immerito teste Cicerone omnes oderint immemorem beneficij, ac iure tam Ciuili quam Canonico declaratur exutus ac priuatus omni beneficio ac priuilegio Panormit. Hostiens. Ioan. Andr. Barbat. & doct. in c. fi. de donat. Bart. Bald. Ias. & angel. nec non salicet. in l. fi. C. de reuoca. donat. Cum reputetur inobediens, indignus, turpis & vilis persona Bald. in l. vni. in 8. oppos. C. de his quæ pæ. no. & in l. fratres 3. notab. C. de in off. testa. intantum vt seruus a patrono libertatem consecutus, ingratitudinis macula signatus in pristinam seruitutem reuocetur tex. est in l. 1. C. de libert. & eor. lib. & ibi per gloss. & doct. & signanter Bald. qui suo tempore tantæ dicitur fuisse memoriæ (vt eius scripta satis demonstrant) vt inter doctores contemperaneos nihil intactum reliquerit, & inter reliqua refertur ab eo tam singulare dictũ in lucem prius prouenisse, quod sc3 exempti ob ingratitudinem exemptionis beneficio sint priuandi, idipsum confirmauit ipse Bal. in l. si cum mihi ff. de dol. sequitur Imol. in c. cum M. nu. 2. in fi. de constit. alleg. not. in c. 2. de ord. cognit. attamen necesse est distinguas inter exemptionem concessam a pontifice ab ea quæ emanat ab epo, cum papa eam posit reuocare indistincte, siue eam concesserit ex mera libertate, mediante contractu, pacto, transactione aut ex alio titulo oneroso, secus in exemptione concessa per episcopum quæ donata citra liberalitatem, nempe ex contractu, ob causam & in remunerationem propter ingratitudinem subsecutam reuocare non posset gloss. Num. 12.

in l.

in l.si pater § 1.de donat.doct.in d.l.fi.de reuoc.donat.& in forma nrē exemptionis tradit decius in c. nouit num. 14. in vers. quarto fallit ex. de iudic. & Panormit.in d.c.fi.de donat.

Num. 13. SEd pontifex, imperator & alius princeps non recognoscens superiorem cum sit citra controuersiam quod sine causa ex plenitudine potestatis iuri tertij scienter possint derogare, saltem in ijs quæ modicum inferunt grauamen ac præiudicium, multo fortius ex tam iusta ac legittima causa reuocare poterunt concessiones datas per contractum suis subditis, ac cum papa sit dn̄s dominantium & omnes Christiani ei subijciantur indifferenter ex ingratitudine aut simili iusta causa eius reuocatio obtinebit & est singul. decis. Alexand. de imol. cum ad ambas partes eam late disputasset in cons. 216. num. 3. & 22. vers. quia rn̄deo lib. 2. quem sequitur Zosij. cons. 4. num. 6. vol. 1. alleg. l. titius puerum ff. de obseq. Paul. Castrens. in l. digna vox C. de legib. Lud. Roma. cons. 452. num. 26. Guil. bened. in d. repet. c, rainutius in verb. in eo. test. relinquens 2°. num. 4. Clement. 1. § 1. & ibi Card. de relig. domib. c. vt clericorum de off. ord. d. l. 1. C. vbi senat. vel clariss. Matt. de afflict. in decis. neapol. 15. num. 6.

Num. 14. SEptimus modus præcedentibus æquiparatur scz quando exemptus aliquid facit cōtra tenorem sui priuilegij & permissa abutitur potestate tūc vero quoad eum actum & dependentes ab eo non autem quoad alia contenta in eadem exemptione ei censetur renunciasse, præsertim si talis abusus tendat ad reatum c. tuarum nos ex. de priuileg. c. priuilegium 11. quæst. 4. Cle. 2. § 1. & ibi per Card. de pænit. & remiss. & late deduxi supra in 4. quæst. prin. num. 44. 45. & sequent. & hæc quantum Canonicam exemptionem respiciunt, cum ea si sit concessa a pontificæ vnico contrario actu minime perditur at requiritur præscriptio centenaria & in ep̄ali exemptione quadragenaria. Sed iste modus in Ciuili exemptione potius locum vsurpat & quia de ea auunculus tantum summarie decreuit attingere, etiam siccis pedibus transire proposui, hoc addito quod nullis medijs quis possit abuti priuilegio aut non vtendo per negligentiam & dedita opera, aut malitiose vtendo scienter

ſcienter ac directe contra tenorem priuilegij, aut delinquendo nimium confidentes priuilegio. De hoc vltimo late ſupra ſcripſimus ſed in alijs duobus prioribus præbentibus titulum ac anſam præſcribendi tot ſunt opiniones quot capita vt refert Panormi. quem ſeq. Feli. in c. cum acceſsiſſent de conſtit. quibus locis preſertim Feli. hos caſus eleg. & ſubtiliter cum ſuis limitationibus exponunt, quos moneo vt caſu occurrente digneris perſtringere. Attamen in ſequentem diſtinctionem tandem videntur omnes doctores conſentire, quia aut loquimur de reſcripto aut priuilegio. Primo caſu non perditur niſi iudex cui reſcriptum eſt, ab obſeruantia iuris communis deceſſerit ſiue actio pereat nec ne quia iudex nihilominus habet iuriſdictionem quantum in ſe eſt.

SEcundo caſu aut queritur nunquid per actum contrarium aut non vtendo perdatur. Primo caſu aut priuilegium habet effectum momentaneum & tunc vnico actu contrario tollitur l. 2. C. de iur. dot. impet. aut habet effectum ſucceſsiuum & iterabilem & tunc ſi competat contra plures & in diuerſis caſibus, & non tollitur l. voluntarie C. de excuſ. tut. l. 2. C. de his qui ſpont. ſub, aut competit aduerſus vnum vel plures vniuerſaliter & vnico actu non tollitur niſi tpē immemoriali c. accedentibus & ibi per Innocent ex. de priuileg. Aut queritur an non vtendo perdatur & tunc priuilegium aut concedit ius in actione, aut exceptione, ſeu poteſtatem aliquid faciendi, primo caſu durat tanto tpē quanto durat illud ius vt ſi concedat actionem durat 30. annis l. ſicut C. de præſcript. 40. annorum, ſi exceptionem, perpetuo durat l. pure § fi. ff. de do. excep. aut concedit poteſtatem aliquid faciendi & in odium priuilegiorum tollitur 10. annis l. 1ª. ff. mand. Aliam quoq; diſtinctionem ponit Panor. loco præalleg. quē vide, confirmāt præcedentē diſtinctionem Cij. Bart. Bald. Ang. & Iaſ. in l. penult. C. de diuer. reſcrip. & in d. l. voluntarie optime Alber. in l. 1. § Fi. nu. 8. & 9. ff. de aq̄. pluuij. arc. Iacob. de ſancto Georg. in l. qui non cogitur num. 2. ff. de nund. Iacob. Rebnff. in l. veterani num. 2. C. de his qui ſpo. pub. lib. 10. & ibidem Luc. de pen. & Ioan. de plat. Mat. de afflic. in c. quia ſupradictum § Item ſi quis feudum num. 44. tit. quib. mod. feud. amitt. Ant. de But. in c. accedentibus col. 2. verſ. & prædicta de priui. Num. 15.

Philipp. dec. conſ. 308. num. 11. Alex. de Imo. conſ. 33. num. 7. vol. 5. ac conſ. 197. vol. 7. Calder. conſ. 130. Gemini. in c. 1. de priuileg. lib. 6. D. Albertus Bruno conſ. 35. col. 3. cir. med.

Num. 16. OCtauus modus eſt ſi exemptio ex poſt facto alteri incipiat eſſe damnoſa & enorme inferret præiudicium c. ſuggeſtum ex. de dec. c. ſi quid per nouale ex. de verb. ſig. Cum ex diuerſitate temporum & varietate rerum noua cauſa superueniente priuilegia pariter ſint mutanda c. videntes 12. quæſt. 1ª. c. non debet de conſang. & affi. tex. ſing. in l. ſi hominem ff. mand. ac ob id in concilio Tridétino nuper celebrato exemptionum vires fuerunt diminutæ ſecundum tex. in c. peruenit & ibi per Panormit. Ioan. And. & doct. de conſang. & affi. quo loco de priuilegio exemptionis quoq; loquuntur: Guilhel. bened. in d. repet. c. Rainutius in verb. & vxo. nomi. adelaſ. num. 251. cum ſeq. Ratio huius eſſe poteſt quia priuilegium a principe conceſſum vſqueadeo non debet extendi vt tertius ex eo grauem ſentiat leſionem, l. quoties C. de prædib. imper. offer. & ibi per doct. l. ex facto ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Alex. conſ. 206. vol. 2. & ſemper præſumitur quod princeps tertium lædere noluerit & ſic quoties enormis læſio erumpit, reuocatur, cum incipiat extunc vrgere contra mentem ac præſumptam voluntatem concedentis argº. l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. Quod intantum obtinet vt ſi conſtare poſsit ex tenore literarum exemptionis, pontificem aut principem eam voluiſſe cum præiudicio tertij concedere, adhuc interpretanda foret, de paruo præiudicio vt quam poſsibile ſit minus lædatur, excluſa omni enormitate, ãls æſtimaretur potius ipſa impetratio falſa, obreptitia & ſurreptitia & pontificis ſeu principis ſecundam iuſſionem teneremur expectare, Feli. & doct. in c. 2º. de reſcrip. Curt. conſ. 66. & conſ. 74. cir. fi. Rebuff. in conſtit. reg. rubr. de reſcrip. num. 165. ac ſaltem cenſeretur impetrata contra formam ac ſtilum curiæ, & exinde ſuſpecta de falſitate d. c. de reſcrip. c. in memoriam 19. diſtinct. Rebuff. loco citato l. ſed & cum hærede iunct. gloſſ. in verbo alterius ff. ad trebell. Card. Florent. in c. mandatum in 7. not. per illum tex. de reſcrip. d. Bertholo. veronenſ. in trac. ſer. ruſt. tit. de aq̃d. in addit. ad Panor. per Sebaſt. ſap. in d. c. ſuggeſtum in verbis imo quod eſt ſingularius ex. de dec. quo loco querit Panormit. an tale priuilegium

legium nociuum reuocetur ipso iure, aut per principem præcedente cognitione causæ, & distinguendo resoluit, aut ipsa læsio est notoria & potest inferior iudex eam rescindere, aut est dubia & tunc princeps eam debet declarare d. l. ex facto ff. de vulg. & pupil. ioan. Andr. & dij in c. decet de reg. iur. l. 6. Nec debet huiusmodi nociuum priuilegium moderari sed in totum aboleri. Panormit. in d. c. suggestum num. 3. in fi. vers. & maxime tene menti quia statim atque concessio vergit ad iniquitatem, omnino corruit, d. l. ex facto, § verum 63. dist. gloss. magna in verb. quod non lædat 25. quæst. 2. & ibi per archid. Panormit. Ioan. Andr. in c. per nouale in gloss. fi. de verb. signif. quod dictum tanquam singularissimum memoriæ commendandum est.

NOnus modus est si papa contra exemptionem iudicasset, licet de ea in deductione causæ vix vlla controuersia aut mentio facta fuisset censeretur nihilominus & æstimaretur quod eam voluisset ex certa quadam scientia aut causa vrgente reuocare, c. inter c. suborta ex. de sent. & re iud. specul. de instru. edit. § nunc autem videndum restat num. 12. Panormit. in c. suggestum ex. de deci. Secus si sententia lata esset ab epo, quia tanquam a non suo iudice lata, ex nullitate impugnari posset, etiam post cursum longi temporis vt late deductum est supra in 3. quæst. num. 12. in fi. Angel. post gloss. in l. sicut C. de præscrip. 30 annorum Bald. in l. data 29. col. C. qui accus. non poss. Alex. cons. 51. vol. 4. Card. in Cle. 1. 14. quæst. de re iud. Dec. cons. 38. nu. 7. Pet. de Anch. cons. 272. Raphael Cu. cons. 44. in fi. fulg. cons. 40. & multis alijs consilijs enumeratis per Philipp. dec. cons. præalleg. Si tamen exemptio concessa esset ab epo, sententia eius, exempto noceret, nisi eam per appellationem suspenderet, præalleg. c. suborta Reliqua prosequere secundum ea quæ deduxit Reuer. d. meus loco prædicto in 3. sc3 quæst. num. 12. Num. 17.

DEcimus modus est quando prima exemptio esset generalis & secundo impetrata specialis præsertim cum clausula derogatoria Panor. Ioan. Andr. & doct. in c. veniens de præscript. not. in c. 1. de rescript. c. dudum c. quamuis de præbend. lib. 6. nisi ex generali priuilegio ius alteri esset quæsitum abb. sic. in d. c. veniens & ibi per host. in 4. col. vers. aduerte & in d. Num. 18.

c.1. de rescrip. Paul. de Cast. cons. 315. incip. quoniā adiectione, & ad hoc vt censeatur reuocatum non est requisitū vt in posteriori fiat mentio prioris nisi contineret vel contrarietatem iuris cōis vel eius limitationem, c.1. de rescrip. d. c. veniens de præscrip. & ibi Ioan. And. Innoc. & abb. sic. in 4. col. vers. ego de hoc vltimo. Si tamen quasi ijsdem temporibus eodem omnino tenore concedantur due exemptiones nec differrent in ratione aut causa, ita vt posterior videatur primam in obscuritate interprætari non irritatur, per hoc secunda impetratio l. 2. vers. suus & ibi per doct. C. de const. pec. sed potius præsumeretur subreptitia aut per incuriam expedita præcipue si aliquam contrarietatem contineret l. 1. & ibi Bald. in 4. notab. C. de legib.

Num. 19. VErum an priuilegium concessum cum clausula derogatoria tollatur per sequens rescriptū concessum per viam mandati, & non per viam priuilegij & de clausulis derogatorijs quid operentur? tot sunt sententie quod capita. Sed in his intentionem pontificis inuestigandam putarem an ex eius tenore colligi possit quod per illius concessionem verosimiliter voluerit interire primam exemptionem, ex vi clausulæ derogatoriæ speciali, non vero generali aut singulari, & hanc questionem in vtramq; partem late deducit Paul. Castrens. ac distinguendo resoluit in cons. 55. incip. passus iste dubitabilis. Nec vnquam priuilegium spāle censetur comprehensum in generali reuocatione priuilegiorum gloss. sing. per tex. in l. decurionibus C. de silent. & dec. lib. 12. And. Barbat. cons. 89. vol. 4. Bald. in l. non plures C. de sacros. eccles. & in l. 1. C. de iust. Cod. confirmand.

Num. 20. VNdecimns modus est quando ex legittima causa concedens, exemptionem a se concessam duceret reuocandam, ac expressis verbis eam reuocaret, c. suggestum & ibi per Panormit. & doct. ex. de deci. l. iudicium soluitur ff. de iud. Spec. tit. de instru. edit. § nunc āt videndum num. 12. idq; siue priuilegium sui natura sit perpetuum & ideo irreuocabile Innocen. & Panormit. in c. nouit de iud. abbas in c. per venerabilem col. 2. de elect. § illud auct. de constit. quæ de dig. Alex. cons. 81. num. 2, vol. 1°, siue ad instantiam alicuius, proprio motu, ob remunerationem, ex contractu, pacto, aut transactione

ſactione concedatur, Papa enim nunquam ſibi manus aut poteſtatem claudit ſic nec imperatores, reges, principes, aut ciuitates, poteſtatem conferendi habentes modo ſint eorum ſubditi quos priuilegio munierunt, hoc dato quod tale delictum commiſerint propter quod iure poſſent priuari omni beneficio. Ac licet nonnulli doctores huic noſtræ opinioni videantur velle contradicere, attamen eſt ipſa veritas in ſe continens ſummam æquitatem & ita concludit Alex. de Imol. in conſ. 216. num. 3. & 22. verſ. quia reſpondeo, poſtquam oim ſcibentium autoritates ad ambas partes late protuliſſet & hincinde validiſsimis rationibus ac argumentis ambas opiniones corroboraſſet, quem ſequitur Zoſ. conſ. 4. nu. 6. vol. 1. Guil. Bened. in repet. d. c. rainutius in verbis duas habes filias num. 36. & ſequent. & dixi latius in hac 5. quæſt. num. 13. vbi videre licebit. Prius tamen ne quid illegitime fiat & cum debita autoritate, debebit de reatu princeps quocunq; fulgeat ſplendore, ſe debite informare, ac priuilegiatum in ſuis defenſionibus & exceptionibus audire, quando exemptio conceſſa eſſet ex contractu aut titulo quouis oneroſo. Nam licet papa aut imperator ſeu ſimiles principes legibus cenſeantur ſoluti l. digna vox. C. de legib. Panormit. in c. 1. de probat. & ibi Bald. attamen cum obligatio reciproca reſultans ex contractu ſit iurisgentium, in ijs oneroſis contractibus ea vox locum ſibi non vendicat, at efficaciter vt quiſq; priuatus, princeps coartatur & obligatur ſing. Bald. in d. l. 2ª. C. de ſeruit. & aq. & in c. 1. de nat. Guilhel. Bened. loc. ſupra cit. l. cælſus ff. de publ. l. donationes & ibi Bart. C. de donat. int. vir. & vxo. Abbas late in c. 1. de probat.

AN vero in reuocatione exemptionum tenor eius debeat inſpici, item quando ius queſitum ex priuilegio poſsit reuocari & papa ius alteri queſitum ſiue ſit clericus ſiue laicus aliter quam in beneficijs poſsit tollere, vide late penes Pau. Caſtrenſ. in conſ. 283. incip. in facto præſenti non intendo adulari. Quibus ex cauſis ea reuocatio iuſte fiat abunde expoſui per tot. hanc 5. quæſt. ac 4. quæſt. prin. num. 48. Num. 21.

DVodecimo ac vltimo modo ſi exemptus non ſeruauerit aliorum priuilegia priuabitur & ſuis exemptionibus c. dilecti de priuileg. Spec. tit. de inſtru. edit. § nunc videndum Num. 22.

cir. fi. Nam ei ſua iura non ſunt ſeruanda qui ius alienum violare non metuit, c. vbi iſta 74. diſtinct. præſertim ſi. turbator, ſit in dignitate conſtitutus & iudicandi ſubeat munus & ſub vmbra iuſtitiæ per potentiam impotentes ſubditos obruit & peſſundat, c. ſic decet cum alijs ſequent. 25. quæſt. 7. c. 1. & 2. de mut. Pet. Nimiũ enim ſæuitie ſuperiorum, ſubditorumq; iuſtis querelis exemptio medetur & opitulatur ac eorum iuriſdictione epi poteſtateq; deinceps priuantur l. 1. § dicimus ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Lud Roma. conſ. 37. incip. viſo punc. Guid. papæ quæſt. 61. idq; officio iudicis, licet oppreſſus aut grauatus non conqueratur Ioan. Fab. in § fi. in fi. inſt. de his q. ſunt ſui vel al. Bart. in d. l. 1ª. adde ea quæ ſupra retuli in 4. quæſt. num. 48. Nam quod quiſque iuris in alium ſtatuit, eodem iure vti debet, quod non ita generaliter ac nude vt proponitur, intelligi poſſe exiſtimarem, cum is qui intendit vel nititur contra epm aut aliquem priuilegiatum iura epiſcopalia aut exemptionem preſcribere, non cenſetur velle obſeruare ordinarij autoritatem, ſed potius eam turbare ac infringere, ſed quoties quis non iure permittente nec medijs a iure introductis vti nititur, ſed violenter ac per reatum omnem ordinem vniuerſalis eccleſiæ confundendo aliorum exemptiones per inſultum turbare conatur, ac violenta manum ſub vmbra dignitatis ac autoritatis impugnare & violare, argº. C. ſi quis in tantum C. vnde vi & ibi per doct. c. 1. & 2. de mut. petit. d. c. iſta 74. diſt. quippe ius ſuum vnicuique illeſum ſeruare tenemur c. peruenit 11. quæſt. 1ª. Et cum iſtis Deo annuente finem huic tractatui inponemus, interim ſummis præcibus efflagito ne exempti indebite conquerantur, ſi hoc opuſculo priuilegia eorum aliqua in parte offendi exiſtiment, quia ſi exactius hunc noſtrum tractatulum perlegere ac linceis oculis perſtringere dignarentur, comperient vix dubito nihil nos protuliſſe ſine autoritate tex. præterq; iura contra eorum priuilegia, edita, ac ſic temperate quod indebitum præiudicium non conſequentur, laus, honor, gloria ac gratiarum actio ſit ſanctiſsimæ Trinitati omni loco, tempore & in perpetuum. Amen. Ita eſt.

C. de Leſpinoy.

# Summarium materiarum quæ singulis capitibus tranctantur.

IN rubrica seu prohemio tractatur de autoritate ac summa præeminentia eporum, quodq; exemptio stricte sit interprætanda atque in fine nonnihil de præscriptione.

Prima quæstione principali exponitur de finitio exemptionis, quis eam posit concedere ac in fine latius de prescriptione.

Secunda quæstione. Quotuplex sit exemptio, quomodo, quando & qualiter posit renunciari. Item de legali, canonica, locali, reali ac personali exemptionibus.

Tertia quæstione. Per quę verba exemptio cẽseatur rite data & in se complectitur multas quæstiones seu casus vt sequitur.

Primo agas nomine meo gratias, an his verbis concessa censeatur exemptio.

Secundo exemptio data vt plena vtatur libertate, gaudeat centenaria præscriptione.

Tertio an exemptus subsit legato pontificis. præsertim de latere.

Quarto an exempta ecclesia, clerici & persona eiusdem, vasalli ac Coloni eximantur.

Quinto Episcopo asserente non exẽptũ abbate affirmãte, an medio tpẽ eps posit contra eum procedere.

Sexto an in exẽptionibus ordinariorũ debeat fieri expresio

Septimo exemptione impetrata post citationem, an eadem citatio epi aut cognitio perimatur.

Octauo exempto citato, an teneatur comparere saltem priuilegium suum allegaturus.

Nono exempto procedente coram ordinario vsque ad sententiam & postea priuileginm alleget an reddat iudicium retro uullum.

Decimo

Decimo ſi exemptus incidat in excommunicationem canonis an ep̄s eum poſsit abſoluere & foro tacite vel expreſſe poſsit renunciare.

Vndecimo ad quem ſpectet exemptorum vnio.

Duodecimo locus nō exemptus vnitus cum loco exempto & econtra an eximat locum non exemptum.

Decimo tertio electio abbatis exēpti per quē cōfirmabitur.

Decimo quarto ad quē appellabitur a ſniā ſeu ordinatione lata ab abbate ſeu perſonis exemptis.

Decimo quis conſecrabit eorum altaria in loco exempto.

Decimo ſexto vbi exempti accipient alia quæ ſunt ordinis ep̄alis ſicut ordines ſacros, Chriſma, oleum ſanctū & alia hoī.

Decimo ſextimo an ep̄s poſsit exemptos promouendos examinare.

Decimo octauo an ep̄s exemptorum monaſteria poterit viſitare & eorum mores corrigere.

Decimo nono an ep̄s in locis exemptis habeat quartam canonicam de legatis.

Vigeſimo an ep̄s in loco exempto poſsit concedere indulgentias.

Vigeſimo primo exemptus factus heres nō exempti an pro debitis defuncti conueniri poſsit coram ordinario aut iudice defuncti.

Vigeſimo ſecundo exemptus vt de cetero nihil preſtet ep̄o niſi quod voluerit & per 40. an. procurationem ep̄o dederit an per hoc ius procurationis percipiende ſit præſcriptum.

Vigeſimo tertio ſi moniales exemptionem obtinuerint vt nulli teneantur dare procurationem. Et papa legato procurationem conceſſerit quando cenſebitur & quibus verbis eorum priuilegio ſufficienter derogatum.

Vigeſimo quarto exemptionem conceſſa eccleſiæ cum ſuis

capellis

capellis an extendatur ad cappellas de nouo extructas ac acquisitas.

Vigesimo quinto quis in alienatione bonorum ecclesiæ exemptæ autoritatem prestabit.

Vigesimo sexto si legatus a latere intellexerit beneficium vacans intra tempora statuta conferre ad quem fiet deuolutio.

Vigesimo septimo num legatus de latere poterit conferre beneficia deuoluta ad episcopũ ex negligẽtia prælati inferioris.

Quarta quæstione principali quod in multis casibus eps̃ cõtra exemptos suam exercet iurisdictionem, & sub se multas complectitur quæstiones.

Primo In causa Hæresis.

Secundo quando exẽptus posside bñficium non exemptũ.

Tertio quando exemptus trãsgreditur taxam campanarum illi perfixam.

Quarto quando exemptus habet ecclias̃ sub se non exẽptas.

Quinto quando exempti curatis nolũt assignare congruam portionem.

Sexto quando onus executorum testamentorum susceperunt Religiosi exempti.

Septimo quando exempti cadauera mortuorum sepeliunt tempore interdicti seu vsurariorum interdictorum aut excomunicatorum corpora.

Octauo si exempti clero sint graues & accessus ad sedem sit difficilis.

Nono quando exemptus contra iuris prohibitionem clandestine desponsationi interesse præsumit.

Decimo si sine licentia curatorum religiosi exempti præsumant matrimonia celebrare & eorum parochianos ad solemnisationem admittant.

Vndecimo si exempti excoı̄catos a canone extra casus à iure permissos seu priuilegia sui ordinis aut à sententijs per statuta synodalia aut prouincialia seu à pena & culpa quemq; absoluere præsumant.

Duodecimo si religiosi exempti sine licentia curatorum sacramentum Eucharistiæ, Sacre vnctionis clericis aut laicis administrauerint.

Decimo tertio si exempti recusauerint ecclesijs parochialibus decimas soluere.

Decimo quarto quando exemptus enorme delictum commisit & de eius fuga timetur.

Decimo quinto si non obstante quod legatus de exempti delicto cognouerit ipse nihilominus in delicto perseueret.

Decimo sexto si exẽptus falsum deposuerit corã ordinario.

Decimo septimo questores exempti delinquentes in ijs quę dependent ab eorum officio.

Decimo octauo quando rectores hospitalium, Xenodochiorum, & similium bona ab iniustis possessoribus detenta non recuperant.

Decimo nono quando religiose exempte visitationem ordinariorum recusant ac habitu indecenti vtuntur.

Vigesimo in exemptorum ecclesijs eṕs potest diuina audire ibidem in pontificalibus celebrare & benedicere.

Vigesimo primo falsarius literarum papæ exemptus, ab eṕo degradatur.

Vigesimo secundo, tertio, & quarto, exemptus delinquens litigans aut contrahens in loco non exẽpto & de re nõ excepta, coram episcopo rite conuenitur.

Vigesimo quinto quando exẽptus iura episcopalia percipit.

Vigesimo sexto quando beneficia ad eorum collationẽ spectantia pensionibus onerant aut mensæ applicant.

Vigesimo

Vigesimo septimo quando eps prouentus inimicorum defedit ne non propulsetur.

Vigesimo octauo quando papa omnes moniales licet exemptas iussit includi.

Vigesimo nono generali episcoporum interdicto exempti ligantur & quomodo.

Trigesimo ac vltimo in reseruatione declarata per epm ne curati in certo casu nec expresso casu aliquem amplius possunt absoluere tunc nec exempti poterunt.

Quinta quaestione principali quibus modis exemptio perdatur & de illius reuocatione quae similiter diuersos complectitur casus.

Primus est quomodo perdatur ac extinguatur exemptio personalis.

Secundus quid de exemptione reali seu locali.

Tertius de exemptionum praescriptione.

Quartus de voluntarijs iurisdictionibus.

Quintus quid in delictis,

Sextus quid in casu ingratitudinis.

Septimus quid si aliquid fecerit contra tenorem sui priuilegij & permissa abutitur potestate.

Octauus quid si exemptio ex post facto incipiat esse damnosa ac enorme inferre praejudicium.

Nonus si pontifex aut princeps cōtra exemptionē iudicauerit.

Decimus an prima generalis secūdam specialem exemptionem & econtra tollat.

Vndecimus an & quando potest reuocari, quid de priuilegio exemptionis onerose concesso.

Duodecimus & vltimus si exempti aliorū priuilegia turbauerint an per hoc amittant exemptiones.

FINIS.

# REPERTORIVM OMNIVM MATERIARVM QVÆ IN PRÆSENTI TRACTATV [illegible] continentur per A. B. C.

A.

Absolutio [illegible] in forma [illegible].

Absolutio [illegible]

[illegible]

Absolutio [illegible] quæst. num. [illegible]

Absolui [illegible]

Absoluere in exemptos [illegible] excommunicatos & si liceat [illegible]

Abbatibus [illegible]

Abbates [illegible] quæst. 2. quæst. [illegible]

Abbates [illegible] quæst. num. 9.

[illegible] 3. quæst. nu. 14.

Appellatio exemptorum excommunicatorum [illegible] 4. quæstione [illegible] num. 19.

Appellatio a sententia lata per [illegible] quæst. nu. 15.

Appellatio in causa [illegible] quæstio [illegible]

Appellatio [illegible] quæst. nu. 16.

Appe-

[illegible] quæst. num. 15.

[illegible] quæst. [illegible]

[illegible]

B.

Beneficium [illegible]

Beneficium [illegible]

[illegible]

C.

Capitulum [illegible]

[illegible]

Capitu-

[illegible]



Digitized by Google

[illegible]

D.

[illegible]

E.

[illegible]


Digitized by Google

Exempti

Hæreticus

Statuta

FINIS. LAVS DEO.



In hoc ſcripto per nos & per noſtrum Officialem perlecto nihil depræhenſum eſt Catholicæ fidei contrarium, imo idipſum iudicamus vtiliter prælo committendum.

Ita teſtor CORNELIVS IANSENIVS
Epiſcopus Gandauenſis.

